


UNIVERSITÄTS- UND LANDESbibliothek Sachsen-Anhalt



1750.

11^{a+b} Gebauer, Georgius Christiaus : De patria potestate.

12. Hemesen, Iames Andreas : Dissertationes hebdomales.

„De justitia et iure“, quas ... examin subiecens.

Respondentes: Ioh. Heinr. Lüder. Augsburg, Anz. Willh.

Böckelmann, Phil. Iust. de Boltensleben, Ioh. Heinr. Godde,

Anton Willh. Ottmann, Ioh. Theod. Schloetke, Prof. Phil.

Th. v. Schreiber ...

13. Hemesen, Iames Andreas : De jurisdictione.

14. Koelerus, Dr. David : Explanatio historica art. 13. inst. palis Dina brugensis de compensatione duabus Bruns-
vici et Luneburgi facta obcessar jura sua in quo-
dam I. R. S. archiepiscopatus et episcopatus.

15. Lamprecht, Dietrichus Gottfridus : Commentatio ad
legem 13. d.y. De pignorabilitate actione.

16. Michaelis, Joannes David: Von der Verpflichtung
der Menschen, die Wehrheit zu reden: aufgezeigt zugleich
in, wie es künftig seine Arbeit auf der Georg-August-
Universität einzurichten gediente. 17.
17. Michaelis, Joannes David: Commentationes duas ad
litteras Divinas de poena Romana. 22.
18. Pfeifferus, Joannes Stephanus: De exceptionibus fori
declinatoriis in processu mandati. 23.
19. Schuback, Jacobus: De jure littoris
20. Seipp, Rector Ludwiz: Kurze Abhandlung von dem
Unterschiede des ehrenstolzen Strafen nach Romischen
und Teutschen Rechten.
21. Trendelenburg, Fridericus Wilhelmus: Dictrico Gotoperd
Lamprecht summis in utroque iure honores gratula-
tur paucayue: de compensatione commodat.

prefatus.

22. Wahl, Joannes Fidicinus : De recognitione instrumentorum per testes et comparationem literarum.

23. Wahl, Joannes Fidicinus : De judeice in concursu
crevitorum competente.

1. Schule, kann man von so
vielen unterschiedl. Graden gesprochen
haben, wie es tatsächlich ist? Ich
würde mich wünschen, dass wir
nicht mehr verschiedene Graden haben,
sondern nur einen einzigen, der alle
Schulen umfasst.

2. Pädagog., Amer. System. - Ich glaube, dass die
Vereinbarung zwischen uns beiden sehr
gut ist, besonders wenn sie sich auf
die Art und Weise bezieht, wie ich Ihnen
Material für die Ausarbeitung liefern kann.

3. Erklären Sie mir, was Sie unter "Kinderbildung"
verstehen? Ich verstehe darunter, dass ein Kind
so gelehrt wird, dass es später selbst
seine Erfahrungen ausgewertet und ausgeweitet

1750, 116 Ja 17.

DE PATRIA POTESTATE POTENTISSIMO PRINCIPE AC DOMINO DOMINO GEORGIO II.

M. BRITANN. FRANC. ET HIE, REGE
DEFENSORE FIDEI
S. R. I. ELECTORE ARCHITHESAVARIO
DVCE ERVNSVIC. ET LVNEBVRG.
RECTORE MAGNIFICENTISSIMO
IN GEORGIA AVGUSTA
INCLVTI ORDINIS IVRIDICI AVCTORITATE

PRAE S I D E
GEORGIO CHRISTIANO
GEBÄVER D.

REGI A CONSIL. IVSTIT. INT. ET ANTEC. PRIM.
PRO SVMMIS IN VTROQVE IVRE HONORIBVS RITE
CONSEQVENDIS DISPVTABIT

WERNERVS CHRISTIANVS MOTZ
BREMENSIS.

GOETTINGAE. A. D. III. OCTOBR. clo 10 cc L.

IENAE
LITTERIS MARGGRAFIANIS.

50
PATRIALÖTSTÄTE
LÖTSTÄTENMÖTRACDE AC DOMINIO
DOMINO

GEORGI

BRASIDE

GEORGIOSCHRISTIANUS

BRASIDE

GEORGIOSCHRISTIANUS

BRASIDE

GEORGIOSCHRISTIANUS

BRASIDE

GEORGIOSCHRISTIANUS

PRAEFATIO.

De PATRIA POTESTATE nonnulla commentaturi non negleximus Scriptores de hoc Juris nostri capite praecipuos, si forte iidem aut nostras occupassent meditationes, aut eas illustrassent. Fuere ad manus ASCANIUS CLEMENTINVS de *Patria Potestate*, & quidem ex gemina editione, *Francofurtana* 1572. 8. & altera, quae opera & studio IOANNIS DENKERI *Helmstadii* 1674. 4. prodiit; PHILIPPVS PASCHALIS JCtus Neapolitanus de *Viribus Patriae Potestatis*, uti opus cum FRANCISCI MARIAE PRATI Advocati Neapolitani *Annotationibus Vratislaviae* 1672. fol. lucem vidit; ABRAMVS A KERKRAAD JCtus Belga de *Iure Patrio*, *Ultraiecti* 1808. 8. & IOANNES CAROLVS NAEVIVS JCtus Wittebergensis, qui *Jus Patrium* lingua vernacula edidit *Chemnitii* 1710. in 8. Sed & PETRI AERODII de *Patio Jure ad Filium Pseudo-Jesuitam Dissertationem*, vti *Vltraj*. 1671. 12. recusa est, & IO. PHILIPPI DAT-TI JCtii Wurtenbergici *Dissertationem de Venditione Liberorum* pereruditam, *Ulmae* 1700. 12. editam cum volupitate perlegimus. Parum tamen, aut potius nihil, in rem nostram vertere potuimus. Sepositis itaque istis, ea, quae nobis subnata sunt, dare maluimus, quae ut, B. L. aut albo dignetur calculo, aut emendet, rogamus.

A 2

CA-

CAPVT PRIMVM

DE

PATRIA POTESTATE
SECUNDVM RECTAE RATIONIS
DICTAMINA.

I.

Homines, ut continua tot seculorum experientia condocet, sunt mortales: genus humanum matrimoniorum usu, pueriorum fructu immortale est. Res vide-
retur omnibus mira, (a) nisi foret quotidiana, immo re-
liquis quoque animantibus omnibus data, ut in eo ab isto-
rum etiam vilissimis minutissimisque nihil distemus. SE-
NECA in Hippolyto:

*Providit ille maximus mundi parens,
Cum tam rapaces cerneret fati manus,
Ut damna semper sôbole repararet nova.*

Ex-

(a) Et sane est obseruata ARI-
STOTELI, *Oeconom.* L. I. C. 3.
φύσις ἀνατλητῆς ταῦτα τῇ περιόδῳ
τὸ δὲ εἶναι. ἐπεὶ κατ' αὐτὸν οὐ
δύνεται, αἰδούγε κατὰ τὸ εἶδος.
Ipsa natura hoc circuitu compleat per-
petuitatem vitae: specie nimirum,
cum nequeat numero. Adde THEO-
DORVM PRODROMVM in Amaranto

p. m. 462. πότης, τῆς ἀγρολας (eo-
rum nempe, qui nuptias spernunt)
έτι μηδὲ τοῦτο γνώσκειν ἔχειν, οὐ
διὰ γάμου τὸ θυητὸν πᾶς αἴσαντι
ζετεῖ τὴν διαδοχὴν φυλαττόμενον. O
inscitiam! quod neque hoc intelligi-
gunt, nuptiis mortale quodammodo
fieri immortale, successione nempe
servatum.

*Excedat agendum rebus humanis Venus,
Quae supplet ac restituit exhaustum genus,
Orbis jacebit squalido turpis situ,
Vacuum sine ulla classibus mare,
Alesque coelo deerit, & sylvis fera,
Solis & aer pervius ventis erit.*

Inter homines tamen & cetera animalia illud interest, quod haec ad genus suum perpetuandum bruta cupiditate ferantur, illi, quotiens non coeco amoris impetu, sed ut ratione utentes decet, deliberato consilio ad matrimonium accedunt, finis scientes prudentesque idem efficere contentur.

II. Sapiens itaque & diuinae ordinationi consonum consilium est eorum, qui in contrahendo matrimonio hunc sibi maxime scopum constituant, modo iisdem norint, illius consecutionem non esse in ipsorum potestate. Secus si foret, neutiquam plures omnium ordinum homines, qui immenso ex se nascendorum desiderio ducuntur, quotidiana ferri ventis vota, conquerentur. Debet etiam frequentissimi ingratisimique furtiorum amorum indices, si in coeuntium arbitrio esset, etiam non gerierare. Ne sexus quidem in gignendis optandi apud parentes vel tantilla est potestas, & votis suis nunc filiarum cupidi cupidaeve saepe numero excidunt.

III. Quare oppido falluntur, qui ex eo, quod prorsus fortuitum, aut, ut rectius loquamur, merum Dei dominum (a) est, quicquam iuris paterni vel materni arcessunt (b).

A 3

Du.

(a) Kinder sind eine Gabe des Herrn, und Leibes Frucht ist ein Geschenke. PSALM 127. v. 3. (b) Hoc eo rectius tenemus, cum verendum sit, ne, si naturalibus illis operationibus potestatis

ori-

Dicit hoc agmen Vir magnus; (c) cui, ut nostro occurrat dubio, ad aliam caussam configere fuit necesse, ad sexus praestantiam, quo ipso an non primam plane deserat, viderint alii. Fingamus, marem & feminam, nullo civili vinculo copulatos, obsecutos cupidini, & breuem voluptatis transitum hanc fecisse matrem. Ille ubi rescivit, amorum pristinorum in lucem editum esse fructum, spreta dudum matre, nunc partum vindicat; mater patri irata negat. Ille: Meus est; Pater enim sum, *ἀνεύ δε πατρὸς τεκνού ἐν τῷ πότῳ ἀνεύ*. (d) Illa: nec unquam *ἀνεύ μητρὸς*. Praeterea in me coepit, a me altus & custoditus, ex me genitus, adeoque mihi natus est. Tum ille: At ego sum sexu praestantior. Secundum hanc rationem vindicias natu ego non dederim, crediderimque duplicatione justa usum matrem: Eam tamen sui sexus, si in ceteris sequior sit, esse causam, ut alendo, educandoque partui possit superesse. Quid enim, inquiet, si infantem, quem nunc peperis, cum matre odisses, ut multi, num illa sexus tui praestantia tibi dedisset meliorem mentem? Fac porro parentes partum abjecisse, extraneum sustulisse, alere, educare. Num nulla huic in aluminum potestas? nullum imperium? Omnino. Atqui non generavit. Fac patrem filio

expo-

origines adseribas, inuerso generis humani ordine, mater p[re] patre primas sibi arroget in ista potestate partes. Sane matri, quam concepisse, gestasse, nutriuisse, peperisse, se inquit infans, plus obsequii debet quam patri, quem generasse intelligit. Idem vidit & rejectit
 JO. JOVIANVS FONTANVS de
Obedientia L.II. c. 2. Nam, in-

quit, quod matres filios decimum ferant mensem, & cum vitae enitanter periculo, naturae hoc est propagationi consulentis, non muliebris electionis.

(c) *Aeterni operis de Iure Belli & Pacis L.II. c. 5.*

(d) *Nequis enim unquam absque patre fuerit filius, verbis Orestis apud EVRIPIDEM v. 552.*

exposito velle imperare, naturalemque exercere potestam, num patietur hoc alter? num obsequetur filius? Minime vero. Attramen ille generauit. Probe discriminandus est ab obsequio patribus debito debitum iisdem cultus & reverentia. Illud vivis parentibus exspirat, haec iisdem commoritur. Sed neutri in generatione ullum praesidium, si pater filium abjecit. Non venerabitur, ut genitorem, quem expertus est hostem, & quidem injuria. Non feret acceptam vitam illi, qui nihil reliquum fecit, quod ad perendum natum pertinebat. Bellissime fabularum artifex PHAEDRVS (e) sub agni inter capellas balantis imagine res humanas depingit, cui canis,

*Stulte, inquit, erras, non est hic mater tua,
Ovesque segregatas ostendit procul.
Non illam quaero, quae cum libitum est, concipit,
Dein portat onus ignotum certis mensibus,
Novissime per lapsam effundit sarcinam,
Verum illam, quae me nutrit admoto ubere,
Fraudatque natos lacte, ne desit mibi.
Tamen illa est porior, quae te peperit. Non ita est
Unde illa scivit, niger an albus nascerer?
Age porro, scisset: quum crearer masculus,
Beneficium magnum sane natali dedit;
Ut expectarem lanum in horas singulas,
Cujus potestas nulla in gignendo fuit,
Cur hac potior sit, quae jacentis miserita est,
Dulcemque sponte praefat benevolentiam?
Facit parentes BONITAS non NECESSITAS.*

Ne

(e) L. III. fab. 15.

Ne quis hominem ethnicum spernat, addamus LACTANTII locum: (f) *Qui filium generat non habet in potestate, ut concipiatur, ut nascatur, ut vivat. Unde apparet non esse illum patrem, sed tantummodo GENERANDI MINISTRUM.*

IV. Inter haec cogitata commoda succurrit *pignorum* appellatio, qua latino sermone liberi veniunt. OVIDIUS de naufragium faetaris (a)

*Subeunt illi fratresque parensque,
Huic cum pignoribus domus.*

& de mulieribus praelium inter Romanos Sabinosque ritimenteribus (b):

*Cum raptae veniunt inter patresque virosque,
Inque sinu natos pignora cara ferunt.*

Nero de Poppaea praegnante apud SENECAM in Octavia: (c)

*Ipse populi vota jam pridem moror,
Cum portet utero pignus.*

AVSONIVS de Attusia Lucana Sabina uxore: (d)

*Quae modo septenos quater impletura Decembres
Liquisti natos, pignora nostra, duos.*

CALPVRNIVS FLACCVS. (e) *Perquam indignum est, si virumque pignus amittam, & quod dedit aliquando natura, & quod nunc substituit amicitia. Amo enim juvenem, quia non genui meo sanguine, sed redemi. ENNODIVS in vita Epiphanius Episcopi Ticinensis (f) Capraria Burconis mater occur-*

(f) Institut. Divin. L. V. c. 19.

2. 15.

(d) Parental. IX. 25.

(e) in Excerpt. Declam. 51. f. ult.

(a) Metamorph. V. 529.

(f) Inter Opera Sirmondi T. I.

(b) Fastor. III. 217. 218.

p. m. 998.

(c) Act. II. v. 590.

occurrit. Crederes eam circa funus pignoris sui illa, qua fugatur omne consilium in propinquorum mortibus, lamentatione jaētari.

V. Commodum, inquam, liberi appellantur Quirium lingua *pignora*, quod sint illi non magis mutui amoris, quam divinae benevolentiae certissimi arrhabones, & cadant in eos pleraque, quae pignori sunt propria. Primum enim *omne* pignus est eius intuitu, qui accipit res aliena. Et qui liberos suos non agnoscat esse rem alienam, cum pater, qui se generare nescit, generasse e conjugе discit; tum mater, quae & ipsa se concipere fere ignorat, gerere, parere sentit? quod ipsum & conceptionis, & partus opus, ut & illud alterum generandi sui simile, & quae sint in iis utriusque conjugis partes, an pares, an alterius potiores, quae demum sit mentis aeterna origo, vel ideo prorsus obscurasse & occultasse videtur omnium rerum parens, ut parentes suam prolem non sibi ipsis, sed alieno, id est, divino beneficio adscribant. Adde funera acerba, & turbatum mortalitatis ordinem, & intelliges e parentum planetibus, sobolem nemini dari mancipio.

VI. Deinde observes velim, eum qui pignori capit, ad accuratam teneri pignoris custodiām, cui officio parentes vacabunt, eo sanctius, quo Dator eorum est excelsior; eo circumspetius, quo plura illi, ad quam praecipius ipsius curae fructus olim pertinebit, Civitatem intelligo, ab unoquoque debentur; eo exquisitus, quo propriori cognatione ipsa illa pignora suos custodes adtingunt; eo aptius & ad finem praestitum accommodatus, quod antiquissima justissimaque potestate natura parentes communivit.

VII. Pignus denique justo tempore finitur dissolviturque, illud inter homines securitatis causa repertum,

postquam ista securitate nihil amplius opus est, hoc, a natura concreditum, postquam recte curatum ut paterna domo exeat, reipublicae flagitat utilitas. Debent itaque parentes libros suos Deo ut accepta, liberis suis, dum in potestate sunt, curam maximam, probe curatos liberaliterque educatos civitati ejusque aeternitati, ut reddenda restituenda, ad quem finem recte consequendum jungunt manus cum naturalis utriusque parentis amor, cum justum patris, & hoc subdicto, matris imperium. Amor ille est aeternus, ut a causa aeterna; neque enim inter natos, qui esse coepit, esse unquam definit: imperium vero non potest non esse temporarium, quod ipsa illa cura, cui fulciendae firmandaeque vis illa justa inservit, tempore finiatur.

VIII. Paterni amoris est, ad primum de grauida uxore nuncium laetari; simul amare spem suam; custodire matrem; quod ita & ventrem servat; partum tollere, aletere, aegro mederi; quamprimum aliquis se rationis usus extiterit, formare animum multa cum cura, multa etiam cum patientia; futurae vitae rationem ostendere, commovere cohortari, exemplo praeshire; quae obesse poterant, praevidere, praecavere; praemia, qualia illa aetas fert, tempestive largiri; postquam etiam reipublicae pars facti sunt liberi, eos omnibus modis juvare; in rebus secundis adesse consilio; in adversis opem ferre; & si natura eosdem viam leti priores calcare iussurit, cineres vel longo desiderio vel comi memoria prosequi. Matris amantissimae interea sunt officia, ut nihil non faciat, quo id, quod utero gerit, nascatur vivum & sanum, ut ubera recens natis porrigit, ut reptantium, balbutientium, subolescentium quotidianam gerat curam. Ubi autem coepit patris institutio, ut mater eidem omnibus modis velificetur; ubi opus, secundum disci-

disciplinae paternae legem, secundas in liberorum educatione suscipiat partes; in filiarum maxime vitam accuratius inspiciat, &c, ut eaedem aliquando in probas, modestas, pudicas, morigeras, domisendas, & femininearum artium operumque haud rudes matresfamilias evadant, omni cura al labore; sedulo autem caveat, ne patris infantem reste edificantis voluntati illa in re aduersetur. QVINTILIANVS: (a) *Apud omnes gentes plus juris habet Pater;* & JO. JOVIANUS PONTANUS: (b) *Mater audienda non erit, nec tam aperte contemnenda, sed blandis potius verbis ac comiter verecundeque adeunda a filio,* & quoad potest sine acerbitate dissuadenda, id ne exigit, quod jure non placeat patri, cui & ipsa morem gerere in eo debet: ostendendumque, non tantae illi curae esse debere, ut sibi pareatur, quantae, ut ne pater utrisque irasci jure possit.

IX. Felices omnino praedicaveris parentes, quibus tales obtigerunt liberi, ut nullo imperio, nulla potestate ad regendos eorum animos opus sit, si nempe liberi, quicquid id est regiminis, fructum esse affectus paterni intelligunt, ut mutuum cum eo faciant obsequendo, suarum partium esse agnoscent, recta suaderi, justa praeципi sentiunt, iis morem esse gerendum norunt, suas ad istam normam actiones componunt, errores commissos, monente patre, & dolent in praesenti, & postero tempore vitant, ipsique ad curarum paternarum finem scopumque sponte sua alacriter contendunt. Ter, inquam, quaterque felices hos dixeris parentes: sed non omnibus eveniunt tam laeta, nec in omnibus. Succrescent urtcae mature urentes, ubi acrioribus remediis est opus, naturali illo parentum imperio, naturali coercendi emendandique potestate. Unde

B 2

vero

(a) Declam. VI. c. 15.

(b) II. de Obedient. X.

vero illa? De generatione, quae Magni HYGONIS est sententia, jam diximus. Jus Matris, dominii instar, quod viatori est in viatos, HOBBESIANVM (a) nemo sanus agnosceret, & pene ridiculum est, viatoris jure complecti eum, cum quo nullum antea fuit unquam certamen. Nec PVFENDORFIUS nos morabitur, innatum hominibus societatis studium, inane nomen, paecto praesumto, hoc est figmento, fulciens. (b) Mihi videtur Jus patrum positum esse in manu; aetate sunt longe maiores liberis, plus etiam per bene longum tempus valent viribus; utrumque est a natura. Sed & unusquisque patrifamilias habet dominium in domo, aut si hoc Romanum rigorem nimis sapiat (c) rerum dominium, in personas imperium. Domus sunt liberi natura portio, &, ni fierent, pessum irent, naturalique adeo ratione domesticae subjiciuntur potestati. Quicquid in' domo est, patrifamilias juste imperanti paret, maxime liberi & servi, illi, si sapiunt sponte sua, sin desipiunt, etiam invititi, proprii commodi causa, hi ut domino liberet, & in hujus unice utilitatem atque emolumenntum.

X. Patriae potestatis originem vidimus & fundatum; videamus quoque limites & fines, intra quos se illa continet. Ubi Pater observat liberos sibi monenti, blandienti, cohortanti, praecipienti morem non gerere, naturali tandem utitur potestate, cuius est contumaces ministerrere, increpare, objurgare, etiam colaphis, etiam ferulis, carceri domestico mancipare, poenas varias, incommoda, damna, contumelias, quibus frangi posse ferocem animi

(a) Cap. IX. de Cive, §. 2.

(c) V. L. 195. ff. 2. D. de

(b) L. VI. de Jur. Nat. & Gent. V. S.
c. I. ff. 4.

animum existimat, comminisci, caedere denique, non ut ludere credit nequam puer castigantem, sed ut emendari se immorigerum cum dolore sentiat; ut verbo dicam, omnia, quae regendae corrigendaeque domui existimat esse apta & idonea, pro prudentia sua, pro suo in infante amore, pro suo in rempublicam officio experiri. Ex quo semel patet, ea omnia, quae ad istos non tendunt fines, patri non licere. Non saeviet in liberos, cum improvidos, tum imbelles. / Sunt, qui liberos peccantes pro inimicis, pro hostibus habent: injuria se esse affectos temere & stulte existimant, & nunc rem, quae non est, nec esse potest, inepte ulciscuntur. / Non pugnabit pater cum liberis, queis par contumaciae robur succrevit, ne cum opprobrio suo ex ista pugna discedat inferior. Non vendet liberos; sunt ut diximus res aliena, & pignus divinitus, non equidem, ut a debitore ad securitatem, sed ut a Domino ad tuitionem concessum; ne quidem in ultima necessitate; a) neque enim haec unquam inter naturales dominii acquirendi modos locum invenit. Et quid venderet pater, si foret *ἄπατος*? Et quo jure eripiet filio statum, qui patris non est beneficium? num factum reddi potest insecum, liber natus, ut ne liber natus sit? qua ratione ne quidem matri filium vendundi est potestas. A matre est libertatis beneficium, non tamen matris, sed naturae. Scilicet uti non est in arbitrio & potestate matris, parere aut liberum aut servum, sed necessario edit talem, qualis ipsa est, ita necesse est habere natum aut liberum aut servum, qualem nempe ipsa pepérit. Denique Pater membrum non rumpet; multominus necabit: corporis enim integratatem ipsamque vitam, quam non dedit, nec unquam jure

B 3


aufert.

(a) aliter GUNDLINGIVS, in *Jur. Nat. & Gent. C. XXIX. f. XI.*

aufert. Unum superest remedium adversus liberos, de quorum emendatione est conclamatum, ejicere e domo & abdicare.

XI. Triplex superest quaestio: de vitae genere eligendo, num haec quoque optio ad patriam potestatem pertineat? de bonis liberorum, num ea patriae potestati subsint? de fine denique societatis potestatisque paternae. Quod ad primum attinet, non alendus tantum, verum etiam instituendus est puer, ita quidem ut ad vitam civilem simul respiciatur, si mas est. Si pater recta suadet, filius obtemperat, formare hujus animum suo consilio, sua opera, suo sumtu, ad illius officium pertinet. Sin filius a patre dissentit, hic pro suo in natum amore suadebit, quae censeret esse magis proficia, inuitu potestatis iure imperabit nihil. Natus autem viam, quam improbat pater, ipse ingredi contendit, suo aere, sua industria, suo commodo & damno, suo periculo, esse a se calcandam sciat. De optione conjugis nihil addimus. Neque enim sponsam domum ducere potest, qui eam nondum habet constitutam. Hac autem constituta evanuit paternum imperium. Bona plerique liberorum non habent alia, quam quae a patre profiscuntur, aut sperantur. Si tamen talia liberis durante potestate obveniunt, manifestum est, eum, qui se tueri nequit sua sponte, nec suis posse superesse rebus pro arbitrio, atque adeo sequi potestatem in personam bonorum custodiā & administrationem. E fructibus pater exhibit filium, si ita ex causis fonticis fuerit visum, non se, nec suos, licet proxima cognatione filio conjunctos, nisi ea ingravat necessitas, ubi solum etiam patria potestate filii foret alere domum: reliquum potius omne finita potestate filio reddet restituet. De fine societatis hujus ita tenemus, in pro-

probis morigerisque filiis finiri potestatem prudenti & honesta utriusque partis voluntate, in improbis severo patris decreto, in filiabus justo matrimonio, honestissimoque in maritalem potestatem transitu.



CAPVT SECUNDVM

D.E

PATRIA POTESTATE SECUNDVM RECTAE RATIONIS DICTAMINA.

I.

Romani, uti in aliis Juris sui capitibus a naturali simplicitate plurimum recesserunt, ita in hac quoque doctrina longe aliam viam, quam illam, quam aequitas & recta ratio sibi relieta commonstrabat, sunt ingressi. Patribus derunt vitae necisque jus in liberos, ut dominis in servos: & quod liberi acquirebant, patrum erat, ut, quod servi, dominorum. *Vidimus patriam potestatem, & immanem, quaeris, qua ratione placuerit tanta?* Sunt verba NOOTII ad D. tit. de his qui sunt sui vel al. juris p.23. quibus adeo addenda Viri doctissimi responsio: *triplex est, primo: quod pater ad tollendos liberos invitandus esse privilegio tantae potestatis credebatur, incertam aditurus aleam. Altera causa erat, quod filius putabatur egere magistratu quodam domestico. Tertia causa erat, quod nihil periculi habere videtur: procuratura pietate naturali, ne durior esset pater; magis*

gis factura, ut esset lenior. Indicat hoc Seneca lib. III. de beneficiis cap. XI. Putemus itaque patri datam esse potestatem tantam: non ut perderet filium pater; sed ut servaret. Ad hoc observo: duas priores rationes esse fuppeditatas a SENECA allegato loco, tertiam non item. Deinde ex verbis, quibus usus est NOOTIVS: credebatur, putabatur, videretur, putemus, pellucere, ne ipsum quidem multum iisdem tribuisse. Et sane sunt leves & dubiae. Prima erat, inuitandum esse patrem privilegio tantaे potestatis, ut recens natum partum tolleret. Attamen valde ante omnia dubium est, num fuerit unquam ea patri Romano potestas, pro lubitu partum sanguinolentum aut tollendi aut abjiciendi. nunc fac, eam fuisse patris Romani potestam. at hoc ipsum jam immane est & non tolerandum in gente, quae rectae rationi nondum remisit nuncium. Haec immanitas non privilegio pariter ad immanitatem ducente & valde incertae efficacitatis emolliri, sed vetari extirparique debebat, quo facto tanta nihil opus erat potestate. Si denique ea fuit SENECAE sententia, ut patri dictum crediderit; tollas quæsio partum; erit enim occidendi & ista sarcina temet liberandi nullo non tempore sibi aequa potestas, errorem erravit, & quidem dirum & inhumatum. Altera ratio, non prorsus inepta est, quam adeo ipsis SENECAE verbis dabo: *quia utile est juventutem regi, imposuimus illi quasi domesticos magistratus, sub quorum custodia contineretur.* Ut autem omittam, infantes licet & ipli regendi sint, per tempus tamen bene longum nullius magistratus sive publici sive domestici indigere potestate: infantia etiam majores in plerisque paterna potius rectura habere opus, quam auctoritate magistratus: haec ipsa ratio ex se novam gignit quaestionem, quid permoverit Romanos,

manos, ut liberorum magistratus magis voluerint esse domesticos, quam more tot aliarum gentium eosdem, qui publici. Sed de hoc suo in loco. Tertia ratio, nihil periculi habere hanc potestatem, quod patris pietate sit futura lenior, quae aut NOODTII (a) est, aut NOODTIO saltem unice placuit, plane est squalia, utpote quae pietatem cum potestate confundit. Si pius est pater, non utitur, nec adeo indiget potestate: si pietate caret, telum habet in manu, quo in liberos impune potest saevire. Huic adeo eripieendum erat hoc telum, nec ille eodem exornandus, ut pote quod capescere vetabat pietas.

II. A NOODTIO nos ad BYNCKERSHOEKIVM convertimus naturali transitu, quod inter omnes constat, in uno laborasse, graviterque dissensisse Clarissimos Viros. Inter alia etiam in hac quaestione de Patriae potestatis Romanae origine fecisse divortium cum NOODTIO BYNCKERSHOEKIVM, dubitare nos non finit ipsum *Opusculi de jure occidendi, vendendi, & exponendi liberos apud veteres Rommos initium: Originem Patriae potestatis, quanta-cunque olim fuit, non aliunde repetendam existimo, quam ex IURE DOMINII. Liberi aequi ac servi in patris domino, atque ita & in commercio: & quae sequenti leguntur pagina: Ex hoc ipso Jure Dominii, ut modo dicebam, derivandum est αὐτοπενθυμον illud Patrum Romanorum in liberos imperium. De re, quae est in dominio meo, possum,* ut

(a) Num SENECA alio forte loco hanc tertiam rationem tradidit, me latet. Reperi eandem apud SIMPLICIVM, qui ad Episteti Enchirid. c. XXXVII. p. m. 199. scri-

bit, Romanas leges tantam dedisse Patribus potestatem, τὴν τῶν γονέων, οἰκαρι, φυσικῆ φιλοσοφίην Στρατογόνοντας, paternō, uī opinatur, amori confitas.

C

ut liber, decernere: possum igitur in liberos, possum in servos decernere, etiam usque ad necem. Mihi (pace meritorum Viri Jurisprudentiae ornandaे nati dixerim,) haec ipsa sententia de dominio patris in liberos semper fuit visa dura & dubia, in quo ab eo tempore, quo istud opusculum paulo attentius legi, plurimum sum confirmatus, quod reprehendebam Auctorem cum in legum Romanarum tum in Scriptorum veterum lectione haud leviter versatum istam opinionem nulla juris civilis auctoritate nec idoneo antiquitatis testimonio fulsisse. Existimat equidem, ex eo dominio, quod patris fuisse ait, provenisse, quod pater, si filius familias subreptus sit, furti actionem habeat, non mater, L. 14. §. 13. & L. 38. D. de Furtis, & quod liberi directa rei vindicatione ex Jure Quiritium peri potuerint quemadmodum Pomponius apud Ulpianum significet in L. 1. §. 2. D. de Rei Vindicatione. Sed quod ad illam furti actionem attinet non recordatus est Vir doctissimus, eam non ex Dominio, sed ex eo, quod alicujus interest, descendere. Ita enim IMPERATOR §. 13. §. de obligat. quae ex del. nascenos docet: *Furti autem actio ei competit, cuius interest, rem salvam esse, licet dominus non sit.* Itaque nec domino aliter competit, quam si ejus interest, rem non periire. Ad de PAVLVM L. II. Sent. Rec. tit. 31. §. 4 Interest autem patris, filium non subreptum fuisse ob patriae potestatis jura; non interest matris, cuius nulla est in filium potestas. Alter ille textus ex titulo de Rei Vindicatione, si inspicatur totus, magis adversatur sententiae Bynckershoekianaæ, quam ut eisdem siveat: Ita enim ULPIANVS in d. L. I. §. 2. de R. V. Per hanc autem actionem liberae personae, quae sunt juris nostri, utpote LIBERI, qui sunt in potestate, NON PETVNTVR. At, inquires, idem ille ULPIA-

NVS

NVS eodem in loco tamen POMPONIO consentit, patrem filium suum in potestate constitutum *adjecta causa ex lege Quiritium vindicare posse.* Ita est: sicut aliqua vindicationis species prodata EX LEGE QVIRITIVM, qua pater circa filium uti poterat, & quam in rem suam vertere annis est BYNCKERSHOEKIVS, sed haec ipsa formulae verba satis ostendunt, hanc vindicationem esse prorsus singularem & extraordinariam, nec ex patris dominio, unde vindicatio, qua liberi non petuntur, proficiuntur, sed ex legis auctoritate descendere, quod ipsum nemini videbitur mirum, qui animum ad vindicationem in libertatem adverterit. *Quis enim dixerit, eum, qui vindicat hominem liberum & ingenuum in libertatem vindicare rem suam? ut adeo verissimum sit: qui ait, rem esse suam, illum eandem, ut suam, vindicare; non aequa verum sit: eum, qui vindicat, id, quod vindicat, ideo dicere rem suam.* De cetero scrupulum ipse sibi mouet BYNCKERSHOEKIVS, quod apud VLPIANVM Fragment. Tit. XIX. §. 1. liberi non rescenseatur inter res mancipi; hoc vero non alia ratione factum putat, quam quod ejus aetate liberorum venditio jam obsoleverat. Haec equidem responsio non admodum premit meam sententiam: cum tamen idem Vir doctissimus paulo ante disertis verbis dicat, liberos ea aetate, qua vendebantur, fuisse res mancipi, eoque ipso asserere videatur, fuisse quoque in dominio; hic monuisse sufficiet, nos istam consecutionem non agnoscere, potius tenere, liberos nunquam fuisse res mancipi, adeoque nec in dominio; factos aliquando servos, & tunc evasisse res mancipi. Sed de hoc suo loco.

III. Ne quis, mala nos fide cum BYNCKERSHOEKIO egisse, incusat, dum diximus, eundem nullo veteris aucto-

C 2

ris

ris loco illud, quod tueri vult, patris in liberos dominium
roborasse, non est omittendum, allatum esse ab eo & SER-
VII & SEXTI EMPIRICI locum, quorum ille (a) filii, in-
quit, servi loco sunt parenti, hic: (b) παιδες δούλοι τῶν πατέ-
ρων. En! inquiet non nemo, si filius patri est servus, pa-
ter filio est dominus. Sed ipse BYNCKERSHOEKIVS pro-
sua sagacitate probe perspexit, hic nihil adesse praeter li-
berorum & servorum comparationem; jam autem similia &
comparata valde claudicare, quis ignorat? Disertum ido-
nei Veteris Auctoris locum requirimus, qui data opera
nos edoceat, idem prorsus jus, quod competit domino in
servum, & quod ideo dominium appellamus, etiam patri
in liberos fuisse. (c) Tantum abest, ut nostrae causae cum
veritatis dispendio inferuire studeamus, ut potius lubeat in-

me-

(a) Ad Virgilii Aeneid. XI. 143.
ubi Scholiastes plane aliud agens,
alii, inquit, tradunt, de filiis, qui
in potestate parentis sunt, non puta-
ri jus esse, funus vocari fierique:
quia servi loco sunt parenti. Aliud
est, servum esse, aliud servi loco.

(b) Lib. III. Pyrrhon Hypoth.
c. XXIV. pag. edit. Fabric. 180.
quem locum, qui cum cura inspe-
xerit, facile deprehendet, ἀργυρώ-
ντρος, aere emtos, comparari cum
liberis, quod hi, ut illi τῆς ἐνότητος
non possint νοεῖν. Si hoe facit
servum, liberi quoque tales sunt.

(c) Imprimis hominis Romanii
fententiam auctoritatemque de hoc
ipso requirimus, & nihil movemur

locis, qualis est ille PLUTARCHY
Operum Tom. I. p. 48. nuper nobis
observatus, ubi postquam narrasset
Fabium currum triumphalem, tili
equo esse secutum, hoc fecisse, in-
quit, ὅγιαλκευον, ὅτι του μεν
ΤΙΟΥ ΚΤΡΙΟΣ, τῶν δὲ πελτῶν
μέρισος ποιῶν, ποιῶν προσεγγενεύ-
μενος, ὅπερον αὐτοὺν του νόμου ποι-
τοῦ δέχοντος τιθον, ut recte ver-
tit HERMANNVS CRYSERIVS, glo-
riantem, quod qui in potestate habe-
ret filium atque inter cives maximus
& esset. Et diceretur, subjeceret i-
e-
gibus se & magistratu. Quis ex
hoc loco dominum sibi persuadere
patetur, quo ipso licuisset patri,
filium curi triumphali detractum,
inspectante populo, jugulare.

medium producere locum LACTANTII, qui rem contra nos confidere videtur. Est ille in libro IV. Institut. Divin. c. 3. n. 13. *Quod si natura non patitur, ut sint unius hominis multi patres, (ex uno enim procreantur) ergo Deos etiam multos colere, contra naturam est, contraque pietatem.* Unus igitur colendus est, qui potest vere pater nominari. Idem etiam dominus sit necesse: quia sicut potest indulgere, ita etiam coercere. Pater ideo appellandus est, quia nobis multa & magna largitur; dominus ideo, quia castigandi ac puniendi habet maximam potestatem. DOMINVM VERO EVNDEM ESSE, QVI SIT PATER, etiam IURIS CIVILIS ratio demonstrat. *Quis enim poterit filios educare, nisi habeat in eos domini potestatem?* Nec immerito paterfamilias dicitur, licet tantum filios habeat. Videlicet nomen patris complectitur etiam servos, quia familias sequitur: & nomen familiae complectitur etiam filios, quia pater antecedit. Unde apparet, eundem ipsum & patrem esse servorum & DOMINVM FILIORVM. Denique & filius manumittitur tanquam servus, & servus liberatus patroni nomen accipit, tanquam filius. *Quod si propterea paterfamilias nominatur, ut appareat eum duplice potestate praeditum;* quia & indulgere debet, quia pater, & coercere, quia dominus; ergo IDEM SERVVS est, QVI ET FILIVS, IDEM DOMINVS, QVI ET PATER. *Sicut igitur naturae necessitate non potest esse, nisi unus pater, ita nec dominus, nisi unus.* Quid enim fac & servus, si multi diversa imperaverint? Non conficit rem locus tam illustris, sed confidere, ut diximus, videtur. Est ille LACTANTII, disertissimi Viri, sed hoc ipso testis minus idonei. Oratorias litteras non didicit modo, sed & ipse in Bithynia docuit, orator & alibi, & hic, cuius finis est persuadere, & saepe

saepius, quod dolendum, absque omni rationum delectu.
 Quis crederet vel tantillum roboris inesse verbis: *natura non
 patitur, ut sint unius hominis multi patres, ergo Deos etiam
 multos colere contra naturam est?* Nonne eodem jure con-
 tendet plurium deorum cultor: *natura patitur, ut sint unius
 hominis multi domini, ergo deos etiam multos colere secun-
 dum naturam est.* Et sane cum Juris civilis, ad cuius ra-
 tionem provocat LACTANTIVS, peritia valde pugnant,
 quae in fine habet: *naturae necessitate non posse esse, nisi
 unum patrem, ita nec dominum nisi unum;* cum infinita
 juris nostri loca de servo communi loquuntur, & ad qua-
 stionem, quid faciet servus, si multi domini diversa impe-
 raverint? facilis sit responsio, eorum omnium talem ser-
 vum facturum esse nihil, donec domini suas voluntates
 conjungent. Quando liquebit ex jure nostro, dominum
 servis esse patrem, etiam nos largiemur, patrem esse libe-
 ris dominum. Filius a patre e manu & potestate dimit-
 tur. Alia vero est manus paterna, alia dominica. Sed &
 nemo sub persona patroni patrem quaerenter facile, iave-
 nerity. Ludit in verbis bonus LACTANTIVS, &, si
 omnia attente inspexeris, deprehendes, gravibus illis pa-
 triae potestatis effectibus, liberos exponendi, vendendi, ne-
 candi, alto silentio involutis, de castigandi puniendique po-
 testate nostrum cogitare, quam, ut ab indulgentia bene-
 volentiaque paterna separet, dominicam appellat potesta-
 tem. Haec vel ideo paulo prolixius tractavimus, ut no-
 stris constet, quam caute in auctoritatibus Rhetorum, &
 eorum, qui rhetoricantur, sit versandum: persuadeatque
 iisdem veriora PAVLVIS, non Rhetor, non ab arte nostra
 alienus, sed inter ejusdem Principales Viros neutquam
 postremus, qui in L. 215. D. de V. S. *Potestatis verbo,* in-
 quit,

quit, plura significantur, in persona magistratum IMPERIVM: in persona liberorum PATRIA POTESTAS: in persona servi DOMINIVM, quo ipso indicatur, & affinia esse haec, & ab invicem diversa, distareque patriam potestatem, ut ab imperio, ita quoque a dominio.

IV. Est itaque opinio adversa antiquitatis testimonio plane destituta, quod minus mirum videbitur illi, qui nunc observabit, rectam rationem intercedere & obfistere potestati, quam NOOTIUS jure merito appellat immanem, & ipse BYNCKERSHOEKIVS loco non uno παιδοφυλας nomine dignatur. Inter omnes constat, Romulum, in ipsis regni sui initii de augenda civium multitudine plurimum sollicitum, omnibus artibus in id elaborasse, ut civitatem haberet quam populosissimam: Et hunc crediderim, patribus suam domum exhausti, in liberos saeviendi, exponendi eos, vendendi, noxae dandi, necandi libertimum deditis arbitrium? DIONYSIUS HALICARNASSENSIS auctor est, patriam potestatem durasse toto vitae tempore, παρὰ πάντα τὸν τοῦ βιοῦ χεόν (a). Itaque licuit patri filium, maritum, suorum liberorum patrem, militem, forte tribunum, magistratum forte consulem, necare non solum, ut SIMPLICIVM ad Epictetum (b) ait, ἀτιμωγέτως, impune, sed etiam sine causa. In sententiam tam truculentam devenit BYNCKERSHOEKIVS Noster, sed, ut est invicta veritatis vis, non nisi titubans & vacillans. Adscribam ipsa verba ex Cap. III. & quae animadversione digna videbuntur statim subjiciam: *liberi, quamvis improbi, quamvis pessime de patre meriti, liberi tamen sunt. Non quod opiner, patrem non posuisse occidere filium, nisi improbum, nisi male meritum, Et ex justa causa.* En capitulo de liberis senten-

(a) L. II. Ant. Rom. p. m. 96.

(b) c. XXXVII. p. m. 199.

tentiam: sequuntur rationes. Nemo id Veterum dixit,
nisi unus Sopater, eo loco, quem Grotius exhibuit de Iure B.
& P. L. II. c. 5. n. 28. ubi licuisse ait, Patri filium occide-
re, ἐὰν διμέρητι, si quid deliquerit, quod si verum sit, ejus
rei arbitrium putem penes ipsum patrem fuisse. Sed ut mo-
do dicebam solus Sopater id affirmat, id nempe quod ego
crediderim, verum esse, eti nemo id dixerit, cum ipsa
illud res loquatur. *Alii omnes & quidem testes magis ido-*
nei simpliciter loquuntur sine ulla ullius cause mentione.
Non negant, quod SOPATER adfirnavit; non affirmant,
quod BYNCKERSHOEKIVS vult, sed simpliciter loquun-
tur, hoc est, rem omnem in medio relinquent. Et ut
simpliciter intelligamus, postulat jus dominii, quod supra ex-
posui, quo ipso Nostr sibi dari petit id, quod nondum pro-
batum vidimus. Nec etiam interpretes, quotquot vidi, cau-
sam desiderant, nisi unus Raevardus, qui contra omnes,
quas dixi, auctoritates insurgit ad LL. XII. Tabb. cap. 3.
Audiamus RAEVARDVM: Proinde si quid commisisset filius,
quod castigationem aut etiam severorem aliquam requireret
animadversionem, castigandi & in filium animadvertisendi
omnem Patri permisit Romulus potestatem: adeo ut occide-
re, vendere, in exilium mittere, aliusque supplicis filium
pro arbitratu officere, pater sine fraude potuerit. Nec qui-
dem videri potest Romulus tyrannidem aut carnificinam alti-
quam parentum jure injustam tolerasse, ut imperitis quibus-
dam persuasum esse intelligo, verum scelera filiorum justis
parentum decretis vindicari voluisse. Ipsam retam ratio-
nem audire mihi videor, ideoque tanta RAEVARDVS haec
tradit confidentia. Neque tamen ipse, pergit BYNCKERS-
HOEKIVS, quicquam adfert, nisi manem Philosophiam de
immanni tyrannidē & carnificina, si patri, etiam sine causa,
caede-

caedere licuisset filium. At vero hic non quaerimus, ut quae-
 ri solet in consilio principis, de jure constituendo, sed, ut
 decet Interpretes, de jure constituto, in quo nihil valent illae
 rationes, ut recte defendit Clar. Schultingius ad Tit. X.
 Fragm. Ulp. n. 5. SCHVLTINGIO in allegato loco nec
 de jure constituendo nec de constituto est sermo. Adver-
 sus Alexandrum aliosque pugnat, qui sibi persuadere non
 potuerunt, patri licuisse filium vendere. Ego & vende-
 re & necare potuisse, largior. Barbare & inhumane con-
 stituta jura, si de iis clarissime constat, velle negare ideo,
 quod barbara sint & inhumana, foret ineptum: Iura vetu-
 sta in eam partem accipere, qua legislator a tyrannidis &
 carnificinae macula liberatur, si nihil vetet, boni est aequi-
 que interpretis; maxime si eam interpretationem etiam
 politicae rationes fulciant. Interea tamen putandum non
 est, patres animi oblectandi gratia occidisse liberos, sed
 justa indignatione motos, ob facinus aliquod, vel in se, vel
 in re publicam admissum, ut fere haec suggerunt prisci An-
 nales. Et haec ultima verba supra appellauimus invictam
 veritatis vim. Vix ac ne vix quidem exemplum patris ex-
 titisse credo liberos animi oblectandi causa occidentis. Fac
 tamen patrem Romanum stulte ferocem & jaculandi arte
 temere superbientem in filio suo esse ausum, quod ille Hel-
 veticorum tyrannus Guilielmum Tellum longo post tem-
 pore in carissimo pignore experiri coegit, & aberrante te-
 lo occidisse puerum, & dic, num tale facinus tulerit im-
 pune? BYNCKERSHOEK IVS non posset non idem affirma-
 re. Pater est, dominus est, licet stultus. Porro inter pa-
 tres oblectationis causa παδοφόρους & justa indignatione mo-
 tos sunt multi medii, vino madidi, ira in furorem aeti, mo-
 nitoribus asperi, zelotypis suspicionibus efferati. Hi omnes

D

filios

filios sobrios, probos, innocentes occiderunt impune. Certe frequentes illae negationes in initio hujus loci: *non opinor, patrem non potuisse occidere filium, nisi improbum, nisi male meritum & ex justa causa*, hoc ajunt, & affirmanti enunciationi aequipollent: *opinor, patrem potuisse occidere filium, etiam probum, etiam bene aut nihil meritum, etiam absque causa*, cum qua, qui illa ultima: *putandum est, patres justa indignatione motos ob facinus occidisse liberos conciliaverit, salva adversa sententia, nae erit ille mihi magnus Apollo.*

V. Unus itaque RAEVARDVS, si quid judicare possumus, verum vidit: scelera filiorum justis parentum decretis esse vindicata, &, quod nos nunc addimus, non nisi judiciario ordine, qualem nempe recta ratio inter omnes gentes flagitat, servato, & judiciali; licer domestica, sententia sine omni justi & aequi damno celebrata, de quo ut eo clarius constet vetustatis exempla nunc prodeant in medium. Tullo Hostilio Rege Horatius Curiatiorum viator sororem, in publico gaudio stulte necem sponsi lamentantem, probrisque fratrem laceflementem occiderat. In ius vocato adfuit pater, proclamans, ut LIVIVS (*a*) ait: se filiam jure caesam judicare; ni ita esset, patrio jure in filium animadversurum; ut DIONYSIUS HALICARNASSENSIS (*b*) habet: *τιμωρεῖν οὐ Φέον ἔνας τὸ πεισθέν, λέγων. ΑΙΚΑΣΤΗΝΤΕ ὀντὸν οἰζῶν ἔνας τῶν ιδίων κανῶν, αὐθοτέρων γεόπενον πατέρεα: Poenam esse, non caedem illud facinus, suorum se esse malorum Judicem, utpote qui utriusque pater sit.* Brutus, qui regum ejiciendorum fuit auctor, in liberos animadvertisens exemplum hoc non pertinere, recte censet

(*a*) *Lib. I. c. 26.*

(*b*) *L. III. p. 159.*

set BYNCKERSHOEKIVS. Pro tribunali cum aliis nobis-
lissimis juvenibus sunt securi percutissi, & praefidente qui-
dem utroque consule. (c) Proximus itaque esto Spurii
Cassii, qui COS. (d) legem agrariam tulit, multisque alijs
rebus in affectati regni venit suspicionem, Pater, qui, vt
VALERIVS MAXIMVS (e) ait, ADHIBITO PROPINQVO-
RVM ET AMICORVM CONSILIO domi damnavit, verbe-
ribusque affectuum necari jussit. Paria LIVIVS, (f) licet
dubitanter: *Sunt, qui patrem auctorem ejus supplicii ferunt:*
eum COGNITA DOMI CAVSA verberasse & necasse, pecu-
liumque filii Cereri sacravisse. Signum inde factum esse, &
inscriptum: *Ex Cassia familia datum.* Invenio apud quos-
dam, idque proprius fidem est, a quaestoribus K. Fabio &
L. Valerio diem dictum perduellionis, damnatumque populi
iudicio: dirutas publice aedes. Ea est area ante Telluris ae-
dem. Ceterum sive illud DOMESTICVM, sive publicum fuit
IVDICIVM, damnatur Serv. Cornelio, Q. Fabio Coss. Nos
non tam de Sp. Cassio laboramus, quam de domestico ju-
dicio, quo ista tempestate, si a patre est necatus, certe
damnari debuit. Etiam DIONYSIVS HALICARNASSEN-
SIS (ff) cum LIVIO facit, eodem tamen in loco, abs-
que causa patres liberos, necasse negat. Ipsa addam ver-
ba: Καὶ ἀλλοι πολλοὶ πατέρες οἱ μὲν ἐπὶ μεζοτονίῳ, οἱ δὲ ἐπὶ ἐλάττο-
τῳ ΑΙΤΑΙΣ ὅτε φειδῶ τῶν παιδῶν, οἵτε ἔλεον ἔχου. Succedit
T. Manlius Torquatus cos. qui filium, quod adversus
suum & Collegae. edictum cum hoste extra ordinem pu-
gnas.

D 2

(c) LIVIVS Lib. II. c. 4.

(d) Neutiquam Tribunus Ple-
bis, ut BYNCKERSHOEKIVS scripsit
c. 3 unum VALERIVM MAXIMVM
pecutus.

(e) L. VII. c. VIII. n. 2.

(f) L. II. c. 41.

(ff) L. VIII. p. 546.

gnaslet, securi percuti jussit, quod tamen exemplum ipse BYNCKERSHOEKIVS, num satis apte hoc referatur, dubitat, quod Manlius fuerit cos. & forte jure Consulis in filium animadverterit. Ita est. LIVIVS (g) narrat, patrem concionem classico advocasse, quod sane erat Consulis, & ea verba fecisse, quae, ut ut majestatis patriae, quam vereri oportuerat filium, simul mentionem faciunt, satis tamen demonstrant, in illo supplicio Consularis imperii disciplinaeque militaris praecipuas fuisse partes. Quin hoc pertineat alter T. Manlius Torquatus, non dubitandum esse existimat BYNCKERSHOEKIVS; mihi, ne hoc quidem exemplum satis in liquido esse, videtur. T. Manlius Torquatus juris civilis & sacrorum pontificalium peritissimus, cum ad Senatum Macedonia de filio ejus (b). Silano, qui eam provinciam obtinuerat, querelas per legatos detulisset, a Patribus Conscriptis petuit, ne quid ante de ea re statuerent, quam ipse Macedonum filiique sui causam inspexisset. Summo cum amplissimi ordinis, tum eorum, qui questum venabant, confensu, cognitione suscepta domi confedit: solus que utriusque parti per totum triduum vacavit, ac tertio plenissime die diligentissimeque auditis testibus, ita pronunciantur: Cum Silanum, filium meum, perunias a Sociis accepisse, mibi probatum sit, & republica eum & domo mea indignum judico, protinusque a conspectu meo abire jubeo. Tam tristi patris sententia perculsus Silanus, lucem ulterius intueri non sustinuit, suspendioque se proxima nocte consumxit. Ita rem narrat VALERIVS MAXIMVS (b). Unde Manlii filio D. Silani nomen fuerit, discimus e CICERONE; qui, Torquatum hunc suum filium in adoptionem D. Silani emancipat.

(g) L. VII. c. 7.

(b) L. V. c. VIII, n. III.

cipasse, ait (*i*). Meminit hujus facti etiam EPITOMATOR LIVI, (*k*) impetrassetque a Senatu Torquatum ait, ut sibi cognitio mandaretur, & domi causa cognita, filium condemnasse abdicassetque. Praeclare jam a Doctissimo DVKE-RO est observatum, minus propriè abdicatum ab EPITO-MATORE dici filium, qui D. Silano in adoptionem emanicipatus, nec nominis, nec sacrorum, nec familiae patris naturalis heres erat, ex quo sponte sua fluit, Torquatum non patriae potestatis jure, quae in emancipato in adoptio-nem erat nulla, sed ex mandato Senatus, ex compromisso Macedonum, ex voluntate D. Silani pierati patris sui na-turalis nimium confisi, haec egisse omnia; nec decidisse hanc litem; unice, quid sibi de probationibus videretur, pronunciasse, simul, ut e conspectu suo abeat natura filius, fuisse, ita ut nullus dubitem, Senatum de repetundis la-turum fuisse sententiam, ni Silanus proxima nocte vitam laqueo finire maluisset. Interea & illa verba VALERII MAXIMI: *uirique parti per totum biduum vacavit, ac tertio die plenissime diligentissimeque auditis testibus pronun-tiavit, & quod IDEM ait: Torquatum, ut juris civilis per-* rinnsum, ne consilio quidem necessariorum indigere se cre-didisse, satis ostendunt, quae esse debuerit judicium domestici forma, quando illud patrio jure erat peragendum. Pro-ximus Torquato esto Fabius Eburnus, de quo QVINTI-LIANVS, in declamatione (*l*) ad C. Marii aetatem refe-renda: *quod filium impudicum COGNITA DOMI CAVSA necavit, (m) Catilinae temporibus A. Fulvius, Senatorii*

D^o 3

ordi-

(*i*) *De Finibus Bonor. & Malor.*
L. I. c. 7.
(*k*) *Lib. LIV.*

(*l*) *III. c. 17.*
(*m*) *Num hoc exemplum sit il-lud, cuius meminit VALERIVS MA-XIMVS*

ordinis Vir, filium, Catilinae amicitiam fecutum, & in ejus castra temerario impetu ruentem, medio itinere abstrahetum, suppicio mortis affecit. Testes **VALERIVS MAXIMVS** (n), **SALLVSTIVS** (o), **DIO CASSIVS** (p). De causae cognitione iidem nihil memorant, forte quod *en' avtoφέω* patriae desertor esset deprehensus. Eundem in modum, aut nulla, aut levi cognitione praevia, animadverte-re de jure poterat **T. ARIUS** in filium, & ipsum in parricidio deprehensum. Sed alia tempora alios mores flagitabant, cognitionem nempe splendidissimam, diligentissimamque, quos patris etiam pietas in filium, licet parricidam, cupide amplectabatur. Plurimum debemus **SENECAE**, qui omnem istam causam plenissime narravit. (q) **T. ARIUM**, inquit, qui filium deprehenum in parricidio, exfilio damnavit, CAUSA COGNITA, nemo non suspexit, quod contentus exfilio, & exfilio delicato, Massiliae parricidam cominuit, & annua illi praestitit quanta praestare integrum solebat. Haec liberalitas effecit, ut, in qua civitate nunquam deest patronus pejoribus, nemo dubitaret quoniam reus merito damnatus esset, quem is pater damnare potuisset, qui odisse non poterat. Hoc ipso exemplo dabo, quem compares bono patri, bonum principem. COGNITVRVS de filio **T. ARIUS** advocavit IN CONSILIVM Caesarem Augustum, venit.

XIMVS Lib. VI. c. I. n. 5. inter Viros doctos non conuenit. Ad eandem gentem utrumque pertinet: genus criminis est idem. Sed vi-rum tantum, qualis fuit Q. Fabius Maximus Servilianus, cum Fabio Eburno confusisse Virum tam doctum, qualis **QVINTILIANVS**,

veri vix simile est. Servilianus necavit filium dubiae castitatis, Eburnus impudicum, & quidem non absque causae cognitione.

(n) *L. V. c. VII. n. 5.*

(o) *In Catil. c. XXIX. n. 5.*

(p) *Libro XXXVII. p. m. 46.*

(q) *De Clement. L. I. c. 15.*

nit in PRIVATOS PENATES, ASSEDIT PARS alieni con-
 filii. Non dixit: *In uno in meam dominum veniat.* Quod si
 factum esset, Caesaris futura erat cognitio, non patris. AV-
 DITA CAVSA, excusisque omnibus & his, QVAE ADO-
 LESCENS PRO SE DIXERAT, & his, QVIBVS ARGVE-
 BATVR, ut SENTENTIAM SVAM QVISQUE SCRIBE-
 RET, ne ea omnium fieret, quae Caesaris fuisset, deinde
 priusquam aperirentur codicilli juravit, se T. ARII, hominis
 locupletis, hereditatem non aditum. Dicet aliquis, pufillo
 animo timuit, ne videretur locum spei sua aperire velle filii
 damnatione. Ego contra sentio. Quilibet nostrum debuisset
 adversus opiniones malignas satis fiduciae habere in bona con-
 scientia: Principes multa debent etiam famae dare. Juravit
 se non aditum hereditatem. Armis quidem eodem die &
 alterum heredem perdidit, sed Caesar libertatem sententiae
 sua redemit: & postquam approbavit, gratuitam esse seve-
 ritatem suam, quod Principi semper curandum est, dixit, RE-
 LEGANDVM, QVO PATRI VIDERETVR. Non colleum,
 non serpentis, non carcerem decrevit: memor, non de qua
 censeret, sed cui in CONSILIO esset. Mollissimo genere poe-
 nae contentum esse debere patrem dixit, in filio ADOLE-
 SCENTVLO, IMPVLSO in id scelus, in quo se, quod pro-
 ximum erat ab innocentia, TIMIDE gesisset: debere illum
 ab urbe & a parentis oculis submoveri. O dignum quem in
 consilium patres advocarent! O dignum, quem coheredem
 innocentibus liberis scriberent! En! Parrem de Parricidio
 cognitum. En! contum & assitores, & inter eos Cae-
 sarem Augustum in privatis penatibus. En! causam au-
 ditam, filium pro se dicentem, accusatorem arguentem.
 En! sententias, & quidem ex peculiari ratione codicillis
 scriptas. En! sententiam Caesaris lenissimam, ut patris, &
 qui-

quidem lenis, filique amantis assessorem decebat. En! sententiae rationes, adolescentulum, impulsum, timide se gerentem. En! patrem Caesaris sententiam amplectentem, eamque ulterius annuis, quanta praestare integro solebat, decretis emollientem. Haec omnia egisse Arium, magis ut deliberato animo agere videretur, quam ut necel-sitas imperaret, quis credet BYNCKERSHOEKIO? Poterat agere animo deliberatisimo, vel ipse solus, vel etiam adhibito unius, alteriusve amici, aut etiam ipsius Caesaris consilio singulari, nec ad hoc opus erat judicio domestico ordinatisimo. Meminit SENECA in proximo (r) Erixonis Equitis Romani, qui filium suum flagellis occiderat, & quem ideo populus in foro graphiis confudit, ut vix illum Augusti Caesaris auctoritas infelix tam patrum quam filiorum, manibus eripuerit. Si lubuisset SENECAE tam luculenter enarrare res Erixonis, ut fecit in judicio Arii, nobis dubium non est, & hic apparituram fuisse judicii domestici formam. Qui enim alias Augusti Caesaris auctoritas manifesto parricidae potuisset adesse? Ego nec LIPSIUS, nec BYNCKERSHOEKIO crediderim, ipsum Erixonem suis manibus filium neci dedisse. Quid populum Romanum ad tantas iras permoverit, haud obscure indicat SENECA, dum ait: *Prope enim est: ut libenter damnet, qui cito: prope ut inique puniat, qui nimis, subiecto statim Erixonis exemplo.* Cito damnarat filium Erixo, ut libenter damnasse viderer, quod & ipsum fieri potuerat, non neglecta omni judicii domestici forma. Nimis pinnierat, & ideo inique punivisse videbatur. Poena nempe erat dicta a patre, forte severi consilii suasu, ut filius inter flagella exspiraret, atroci fane sententia, maxime in civitate, in qua,

(r) *Libri I. de Clement. c. 14.*

qua, ut ait SENeca, nunquam deerat patronus pejoribus,
 & in temporibus, de quibus LIVIVS in medio historiarum
 suarum curia non potuit non conqueri. Memorabilis
 locus est Historiarum Libro XXVI. c. 22. ubi postquam
 narraret, Veteriam juniorum ejusdem nominis seniorum
 Centuriam consuluisse, subdit: *Eludant nunc antiqua mi-*
grantes. Non equidem, si qua sit sapientium civitas, quam
docti fingunt magis, quam norunt, aut principes graviores
temperantioresque a cupidine imperii, aut multitudinem me-
lius noratam censem fieri posse. Centuriam vero juniorum
seniores consulere voluisse, quibus imperium suffragio man-
daret, vix ut verisimile sit, PARENTVM QVOQVE HOC
SECVLO VILIS LEVISQUE APVD LIBEROS AVCTORI-
TAS facit.

VI. His exemplis usus est BYNCKERSHOEKIVS: ad-
 damus de nostro nonnulla alia. P. Atilius Philiscus in puer-
 itia corpore quaestum facere a domino coactus, filiam
 suam, quod ea se stupri criminis coinquinaverat, intere-
 mit, (s) ut manifestum, patrio jure, ut ex reliquis exem-
 plis colligimus, domestico judicio. Pontius Aufidianus,
 Eques Romanus, postquam comperit, filiae suae virginitatem
 a paedagogo prodatam Fannio Saturnino, non con-
 tentus, sceleratum servum affecisse supplicio, etiam ipsam
 filiam necavit (t). Unde autem hoc clancularium facinus
 rectius compertum habere poterat Aufidianus, ut de utro-
 que supplicio statuere posset, nisi adhibita judicij forma?
 In bello Latino P. Decio Imperatore juvenis patricius, sed
 pauper, cui Cassii Bruti nomen erat, hostibus, pacta mer-
 cede,

(s) VALER. MAXIMVS L. VI.
 c. I. n. 6.

(t) VALER. MAX. L. VI. c. I.
 n. 3.

E

cede, portas aperire statuerat. Deprehensus in templum Minervae Auxiliariae confugerat. Pater ejus Cassius signifer ibi eum inclusit, fame necavit, inhumatumque abjecit (u). Reete quidem. Deprehensus erat in ipso facinore, & sua se fuga ipse damnaverat. C. Maximus, cum filios haberet duos; Similium & Resum, fratres consanguineos, quorum ille hunc in venatione interfecit, fortuito, non consulto id contigisse causatus, ut PLVTARCHVS (uu) ait, qui nobis auctor est, γνῶς τεληθὲς ἡφυγάδευσεν, ut in versione est *re comperta extorrem egit*, ut nobis videtur paulo luculentiore interpretatione, *causa cognita de veritate facti edocet, filium fraticidam sententia sua exsulare jussit*. Fabius Censorius Fabium Buteonem filium suum furti insimulatum interfecit. OROSIVS, cui hoc exemplum debemus (vv) de eo inclementius, vt nobis videtur, judicat: *dignum scilicet facinus, quod ne leges quidem, nisi multa pecuniae, aut ad summum exilii, circa quemlibet hominem censuerunt.* Ut nihil dicamus de OROSII consilio, quo illud suum opus, conscripsit, ut nempe veterum Romanorum res insectaretur, atque ita os obturaret rem Christianam carpentibus, satis ex exemplis allatis constat, Patres in suis judiciis ad Leges Populi Romani publicas non fuisse alligatos. Non erat ille Buteo homo quilibet, sed Fabius, sed censorii filius, in quo furti insimulato, sed & delicti tam infamis reo, vel confessio, vel convicto, non tam laeso satisfecit, quam suae gentis suamque contumeliam severus Pater est ultus. Sane hoc factum in Annalibus P. R. non fuisse reprehensum, indicant verba ipsius OROSII, quibus

(u) PLVTARCHVS in Parallelis Tomo II. Oper. p.m. 398.

(uu) In iisdem Parallel. Tom. II. (vv) Libr. IV. Histor. C. XIII, ex-
Oper. p. 311. tremo.

quibus eidem praefatur: *Emergit hic paululum antiquus ille Romanorum IMPROBÆ LAUDIS etiam de parricidis APPETITVS.* Sed luculentissimum est exemplum L. Gellici, & unicum, quod sciam, judicii domestici absolvitorii, quod nobis VALERIVS MAXIMVS (w) servavit. *Is Gellius omnibus honoribus ad censuram defunctus, cum gravissima crimina de filio, in novercam commissum superrum, & parricidium cogitatum, propemodum explorata haberet, non tamen ad vindictam procurrir continuo, sed PENE VNIVERSO SENATV ADHIBITO IN CONSILIVM, EXPOSITIS SUSPICIONIBVS, DEFENDENDI SE ADOLESCENTI POTESTATEM fecit, INSPECTAQVE DILIGENTISSIME CAVSA ABSOLVIT eum, tum CONSILII, tum etiam SVA SENTENTIA.* Quod si impetu irae abstractus saevire festinasset, admisisset magis scelus, quam vindicasset. Qua occasione moneimus, potuisse omnino fieri Romae, ut pater irae impetu abstractus saevire maluerit, quam judicare, licet tantarum irarum, quod sciamus, in antiquitate nullum existet exemplum; jure hoc potuisse fieri, dominii jure, quod non fuit, patri hoc licuisse impune; abscisse negamus.

VII. His ita tractatis & vera juris vitae necisque, quod patri fuit in liberos, indeole antiquitatis exemplis illustrata, facile nobis erit, interiorem ejus naturam & primas origines indagare. Urbem Romam a principio habuere Reges, Magistratus magis, quam ejus fastigii Reges, quales veneratus est omni tempore ad serviendum pronus Oriens. Munus iisdem incumbebat duplex, prout aut bellorum, aut pacis tempus erat gubernandum. In bellis Ducas supremi fungebantur officio. Ita Romulus, spolia E 2 etiam

(w) L. V. c. VIII. n. I.

etiam opima aliquando legens. Ita Tullus Hostilius, Ita ipse Tarquinius, adductius licet regnans, & Superbi ideo nomine notatus, qui, si non ipse praesens Ardeam oppugnasset, Romam forte non amisisset. In pace judicem agebat rex, in re gravi, adhibito procul dubio consilio, in re levi aut repentina, etiam solus. Firmat hoc Tarquinii Prisci casus, quem duo Pastores de simulata rixa cognitum occiderunt. Judicabat Rex, Populi Romani Magistratus, inter cives, inter patres familias, in urbe, in regia, in foro. Quicquid intra privatos parietes agebatur, nihil ad rem publicam, nihil ad regem pertinere videbatur. Dederere liberorum litigia, servorum jurgia Regiam Majestatem, & onerare magis eadem, quam ornare publicum Populi Romani tribunal, fuit creditum, patribus familias haec placita, pro ingenti libertatis studio, strenue in rem suam vertentibus, ita ut tum publicarum legum auctoritate tum moribus regnum sibi domesticum constituerint. Fines illius regni angusti, sed sancti. Praeclare CICERO pro domo sua (x). Quid est sanctius, quid omni religione munitorum, quam domus uniuscuiusque civium? hic iurae sunt, hic foci, hic dii penates, hic sacra, religiones, ceremoniae continentur: hoc perfugium ita sanctorum omnibus, ut inde ab ripi neminem fas sit. Et his convenienter GAJUS in L. 21. D. de in Jus voc. Sed & si is, qui domi est, interdum vocari in jus potest: tamen de domo sua nemo extrahiri debet. Et PAVLVS in L. 28. D. eod. Plerique putaverunt, nullum de domo sua in jus vocari licere: quia dominus tutissimum euique refugium atque receptaculum sit: eumque qui in jus vocaret, vim inferre videri, in tantum, ut si quis hac alia que de causa domum suam vi introitam esse dicere pote-

rat,

(x) c. 41. extremo.

rat, is, qui id commiserat, in crimen incideret L. Cornelii vindicandum. §. 8. *J. de Injur.* Bellum itaque Regi domestico non erat, nisi judiciale. Intra fines regni domestici, in quo pacata omnia, rector populi familiaris & sacra faciebat, (xx), quod & ipsum regium munus erat, & legem condebat, & imperabat potestati subiectis, & judicia, ubi opus erat, exercebat. De Lege domestica omnium primaria loquitur celebre illud fragmentum Legis XII. Tabb. Paterfamilias uti legasset, ita jus esto. Non male GROTIUS in *Florum Spars.* ad tit. *D. de legat.* p. m. 292. Legati, quod, ut publice mittantur, leguntur, ait Varro. Verius est, quod lege fieri solebant: nam in testamentis legare, est legem heredi dicere. IACOBO GOTHOFREDO (x) visum est, hic esse ἐνοπατρονοῦν Decemvirorum, quod Graeci διατίθενται Διαδῆμα, lex, praeceptum. Ingeniose, sed ut mihi videtur, praeter rem. Non solent legislatores ἐνοπατρονοῦν; omnium minime Decemviro id fecisse probabile est, quod ipsi Hermodoro Ephesio interprete sunt usi; & intonis Quiritibus literarum Graecarum plane expertibus suas scripsere tabulas. Legare, ut GROTIUS vidit, est legem ferre, quod in testamento calatis comitiis consilio faciebat populus, in testamento per aes & libram vice populi testator. Judicaria parentum potestas antiquissimis Romuli legibus est stabilita, quas DIONYSIUS HALICARNASSENSIS nobis servavit duobus in locis. In altero (y) de Romulo: περτὸν μὲν εἰς ἀνάγνωσιν θεάτρους τὰς ἀντίτοξας αὐτῆς, ἄλλας δέ γενεαν ἔτερην φέρειν, καὶ Συρατέρεων τὰς προτογόνους

E 3 απο-

(xx) De his sacrī ritibusque Commentarium Legē V. p. m. 27.
familiarium vide, si libet, LAV seq.

RENTII BOCHELLII in Legē M. (x) In Judice ad XII.
Tullii Ciceronis de Jure publico (y) Antiqu. Rōm. II. p. m. 88.

ἀπολτινύνας δὲ μηδὲν τῶν γενομένων νεώτερον τριετοῦς, πλὴν ἐλ τι γένοτο παιδίων αἰνάπηρου, οὐ τέρας ἐυθὺς ἀπὸ γονῆς. Ταῦτα δ' οὐκ ἐκώλυταν ἐκτιθέναι τους γενναμένους, ἐπιδιέκαντας πρότερον πέντε αἰνδράστοις ἔγγυτοι ὀικούτων, εἰδὼν νοίκης συνδοκῆς κατὰ δὲ τῷ μὴ πειθομένῳ τῷ νόμῳ ἔνηλας ὠρίσεν ἀλλαστε, ποὺ τῆς οὐσίας αὐτῶν τὴν ἡμέσεων ἔναν δημοσίαν. *Primum necessitatem imposuit habituris Romae, ut omnem prolem masculam educarent, & filiarum primogenitas: nec quicquam ex natis, quod esset trienio minus, occiderent, nisi fuerit ab ipso statim partu multum aut portentum. Sed & haec vetuit exponere parentes, nisi prius quinque viris proxime habitantibus ostenderint, & illis idem fuerit visum. In eos, qui legi non parnerint, cum alias statuit poenas, tum dimidiae partis bonorum publicacionem.* In altero (z) de eodem Romulo: Ο τῶν Ρομαίων νομοθέτης ἀπασαν. ὃς ἐπεῖν ἔδακεν ἔχουσιαν πατέρι καθ' ὑδὲν, ποὺ παρὰ πάντα τὸν τοῦ βιοῦ χρόνον, ἔαντε ἔιργεν. ἔαντε ματριγούν, ἔαντε δεσμούν ἐπὶ τῶν κατ' ἀγροὺς ἔργων κατέχειν, ἔαντε αἰτοτινύνας προσαιρήτας, καν τὰ πολιτικὰ περάτων ὁ παῖς ἥπετο τυγχάνην, καν ἐν ἀγροῖς τοῖς μερισμοῖς ἔξεταζόμενος, καν διὰ τὴν ἐις τὰ κονὰ φίλοτιμαν ἐπαινούμενος. *Romanorum legislator omniem ut ita dicam, potestatem patri in filium dedit, & per omne vitae tempus sive carceri iucludere maluerit, sive flagellis caedere, sive vinculum operi rustico mancipare, sive necare, licet filius jam rempublicam traxet, licet in maximis magistratibus fuisse versatus, licet suo in civitatem studio laudes si promeritus.* Plurimum debemus DIONYSIO nostro eo nomine, quod, ut homo exterius, diligentius longe antiquitatem Romanas memoriae mandaverit, quam scriptores Romani, qui supersunt. Facile tamen hominem Graecum etiam in rebus gentis alienis

nac

(z) L. II. Antiq. Roma p.m. 96.

nae labi potuisse, aequi talium arbitri non absisse negabunt. Hac conjectura freti, lubenter fatentur, Romuleam legislationem, qua ex filiabus tantum primogenitae erant educandae, reliquae, si lubebat patri, Ieto dandae, aut quod eodem redit, exponendae, nos non posse concoqueri. Haec lex est omnium prima inter eas, quibus civitatem, ut ipse DIONYSIVS memorat, Romulus voluit facere πολυάρχεων, &, quamvis non omnibus patribus nascantur filiae, dicitur tamen idem sancivisse, patrem, cui plures nascentur filiae, posse praeter primogenitam, occidere omnes. Si fuit is legis tenor, rationem tam truculenti capitisi & indagare & indicare oportebat Historicum. Forte excipiet non nemo, maxime ex eorum numero, qui multa barbare & inhumane, cum alias gentes, tum etiam Romanos statuisse opinantur, conjuges, si defecissent femellae, potuisse rapi, ut Sabinae. Ego vero regesserim, inepte malle legislatorem difficultem raptum & anceps bellum quando erant, quae in urbe sponte nascebantur. Sed & illas περτογόνους non capio. An talis primo partu edita, an secundo, tertio, ulteriori loco nata, inter filias tamen prima. Et quid si gemellae nascebantur? Et inter gemellas, si primum edita debilis deformatis, paulo post nata vegeta & formosa apparebat? Num primogenita & illa erat, quae aliqua prius genita & iterum mortua patri agnoscebat? Denique Romuli lex erat μηδὲν τῶν γενομένων, nihil quod natum esset, occidi debuisse, nisi ita, quam subjunxit, cautione adhibita. Num filiae non sunt ἐκ τῶν γενομένων, aut forte omnes αὐτήσιοι vel τέρατα? Haec nos in eam adducunt sententiam, hunc locum aut non esse integrum aut DIONYSIVM mentem Romuleae legis non recte cepisse. Sed relinquam filias Romanas suo fato. Matres nondum trimo
 majo-

maiores (a) non poterat pater occidere, nisi mutilos & monstruos, & adhibito quidem Quinquevirorum ex vicinia consilio, qui judicij domestici quoddam erant instar, & capitalem de partu sententiam ferebant. Sequitur, quid de filiis trimo majoribus, patrumque in eos vitae ac necis jure sit tenendum? Hi forte impune & promiscue occidi poterant? scilicet exuberes jam, pulcre adolescentes, spes patriae, civitatis incrementum? De trimo minoribus follicitis fuit legislator Romanus; trimo maiores, pueros, adolescentes, viros & aliquando senes truculento patrum dominio subesse voluit. Illos noluit occidere, nisi deformes & monstruos: hos etiam pulcerrimos, valentissimos, probissimos, de patria bene merentissimos. Illos etiam deformes & monstruos tolli non placuit, nisi Quinqueviris capitali iudicio assidentibus. Hos tales, nemine in consilium adhibito, nisi forte, ut videretur deliberato animo agere. Vedit haec omnia pro sua perspicacia BYNCKERSHOEKIVS Noster; quibus ut occurreret, & atrocem sententiam tueretur, nonnulla alia, ut solet error errorem parere, commentus est; quae ipsis doctissimi Praefidis verbis, sed obmerita eximia fere inviti damus. *Exstant, inquit (b) apud DIO-*

(a) Vide L. g. [C. de Patria Po-
test. & quae ad eam CVIACIVS
scripsit Observ. L. XIX. cap. ut.

(b) c. IX. adde Notas ad Noodii
amicae responsonis ff. 5. n. 2. & ipsius
Opusculi c. II. ubi etiam in posteriore
ri, quam appellat Romuli lege
verbum ἐγγένη reddit: exponere,
sic, inquit, potius verro ἐγγένη
quam, in carcere detrudere, ut

Gelenius, vel domo expellere ut Syl-
burgius. Nemo non videt BYN-
CKERSHOEKIVM ita viam vo-
luisse sibi sternere, ad id, quod
inferius erat affirmaturus, tutius
asserendum, legem Romuli, ut ait,
prima de monstrosis per secun-
dam fuisse sublatam. Sed ante
omnia auctoritatibus veterum fir-
mari debebat τὸ ἐγγένη, quod ubi-
que

DIONYSIVM HALICARNASSENSEM duae leges Romanæ de patria potestate ciuium Romanorum. Primam lego libro III. p. m. 88. eaque Rómulus, quo ciuitatem augeret, iussit ut quisque tolleret & educaret prolem masculum & ex filiis bus primogenitam, & ne quis trienio minorem non monstrorum occideret. Circumscriptis hac lege patriam potestatem, antea, ut videtur, liberam legibusque solutam: sed vero sub ipso Romulo veterem libertatem Quiritibus fuisse redditam, argumento est ejusdem Romuli nova lex a Dionysio inde memorata d. L. II. p. m. 96 hac enim posteriore omnigenam rursus potestatem patribus concessit decernendi ut videretur, in liberos cuiuscunque aetatis vel conditionis, eos occidendi, vendendi, & si quid pejus est. Lex prima est illa, quam & nos ipsi supra primo loco & secunda, quam

secun-

que denotat, arcere, vetare, excludere, etiam habuisse exp nendi significatum. Longe enim plus est, exponere infantem morti fere certae, quam filium domo expellere. Allata autem auctoritate, ulterius probandum erat, hunc significatum esse hujus loci. Ego lego ἐγένεν cum spiritu apero, & verbo, carceri, puta domestico, includere, & agnoso gradationem in illis quatuor: ἐγένεν, carceri domestico mancipare, μαστίχων flagellare, δέουοντι τῷ κατάγοντες εγαντι κατέχεν, vinculum in opere ruitio habere, & ἀποκτυννύει, necare, plane manifastam; quae ipsa BYNCKERSHOE.

KIANAE versioni graviter aduersatur, ut faceam diuersae aeratis liberorum debuisse fieri mentionem a DIONYSIO, si id sensisset, quod BYNCKERSHOEKIVS vult. Infantes adhuc lactantes exponuntur, non flagellantur, non in opus rusticum vineti mittuntur; pueri & adolescentes flagellantur, & ad opus rusticum damnantur, non exponuntur. Nec obstat τῷ, ἐγένεν τῷ, δέουοντι κατέχεν, ut credit SYLBVRGIVS; plurimum enim distant vincula a carcere, domestici poena, & ista poena hac, immo ipsis flagellis, est gravior.

F

secundo loco dedimus. Sed nunc merito flagitarim ab Illustri Adversario, si superesset, ut probet legem a DIONYSIO priori loco memoratam, etiam tempore fuisse priorem, posteriorem vero, postea adductam. Non annales scripsit HALICARNASSENSIS, sed antiquitates, in quibus, ut lubuit, ut res ferebat, nunc hoc, nunc illud, nulla temporis ratione habita, memoriae mandavit. Legis primae mentionem fecit HALICARNASSENSIS eo in loco, ubi memorat, qui Romulus post Rempublicam ordinatum, urbem πολυάρχεωπον efficerit hac lege de non occidendis trimo majoribus, asylo instituto, bello captis in colonias descriptis, immo civitate donatis. Post haec tradit, qui Romulus sacra & deorum cultum ordinaverit. Proxime conjugum jura explicat, & ita tandem ad patriam potestatem delatus, ingentem eam fuisse, lege illa secunda aliquis confirmat. Eum, qui leges ita ordinat, ut plures unius sententiae finisque jungat, ipsa etiam haec junctorum legum capita pro libitu collocet, de latronis tempore securum omnem annorum ordinem negligere, plus quam manifestum est. Sed dabimus interea BYNCKERSHOEKIO, forte fortuna illam primam Romuli legem majorem natu, secundam minorem fuisse & flagitabimus porro, ut demonstraret, hanc illam sustulisse e medio. De tali abrogatione apud DIONYSIVM nec vola nec vestigium apparet, & merito. Inepte admodum illam legem primam inter causas, cur Roma fuerit facta πολυάρχεωπος, primo loco retulisset, & reliquis institutis, eundem finem habentibus, iisdemque perpetuis, juxisset si idem compertum habuisset quod hariolatur BYNCKERSHOEKIVS, legem illam primam post paucos annos, forte post paucos menses, patribus familias, ut immanis illa potestas sit plane ἀγνοεῖν, clamitantibus, esse deletam.

For-

Forte etiam quaeasierit quis, quid Romulum per omnem vitam de augendo in infinitum populo Romano sollicitum moverit, ut legem eo ducentem, gravissimisque poenis vallatam paulo post aboleri fineret? Immo idem multo magis quaeasierit, cum omnes leges Romuleae curiatis comitis sint latae, qui factum, ut patresfamilias istam primam legem jussissent, si tanta fuit eorum ferocia, quantum lex secunda ex sententia adversa spirat. Omnis hujus hypotheseos nervus in eo est, quod post legem latam, qua liberi subjiciebantur parentum dominio plusquam dominico, & qua licet illos cuiuscunque aetatis vel conditionis sine causa occidere, vendere & si quid pejus, non potuerit non idem licuisse in trimo minores, quod ipsum adeo nos credere cogat, legem illam primam per secundam, vel expressis verbis, vel tacite & naturali consequentia id ajentem, fuisse abolitam. Sed per ea, quae supra adversus illud parentum dominium scripsimus, & per id, quod tot antiquitatis exemplis judicij formam praesertim abstruximus, oppido patet, istum nervum abire in naevum, quem in scholis principii petitionem appellamus, quo nempe in principio demonstrationis ponitur, quod nondum demonstratum est, fuisse istam legem secundam talem, qualem vult BYNCKERSHOEKIVS, licuisse patribus in liberos trimo maiores absque causa omnia, etiam mortem, & si quid pejus. Nostra itaque sententia haec est, illa DIONYSII verba, quae legitimam patrum Romanorum potestatem describit, nihil aliud sibi velle, quam quod ista omnia Patri in filium licuerint, εὰν διατητί, ut SOPATER probe monuit, & servata judicij domestici forma. Sane in ipsis DIONYSII verbis later non nihil, quod adversae opinioni adverteri videretur, illud puta incitum, ως εἰπεῖν, ut ita dicam, prope dixerim.

F 2

Orāv,

O τὸν Παραδίων νομοθέτην ἀπεισαν, ΩΣ ΕΙΠΕΙΝ, ἐδοκεν ἐξουσιαν πα-
τεῖ, sunt DIONYSII verba, quod, uti quandam limitatio-
nem involvit, ita eandem in potestatis illius effectibus, quae
paulo post memorantur, ἔγειν, μαστροῦν, δέσμιον κατέχειν,
ἀποκτιννεῖν, quaerere non licet. Mors, ultima rerum linea,
fuit in potestate patris, nec illa quicquam pejus, gravius-
que vel mente concipi potest. Nos autem istam limitatio-
nem in SOPATRI verbis commode collocamus, haec li-
cuisse omnia in liberos, sed male merentes, quo facto non
amplius opus est, immo ne quidem licet, afferere legem,
quam vocamus secundam, abrogasse primam. Stererunt
ambae simul & perdurarunt, altera de patrum vitae necis-
que jure in liberos improbos, altera de non necandis tri-
mo minoribus, nisi fuerint ex quinque virorum consilio
mutili & monstrosi quae sententia eo probabilior est, quod
eadem DIONYSIVM, scriptorem industrium, a duplice in-
culpatione, priori equidem in loco, quod legem non diu-
turnam inter causas multiplicati populi inepte retulerit, in
posteriori autem, quod abrogationis factae commoda adeo
occasione ne verbulo quidem meminerit, plane absolvit.
Dedimus supra BYNCKERSHOEKIO primam forte fuisse
priorē, secundam posteriorē; non ideo, quod illa apud
DIONYSIVM est prima, haec secunda, quo uno ntitur
BYNCKERSHOEKIVS, nos autem idem jure negavimus,
sed quod de illa re in communī & DIONYSII & aliorū
Scriptorum silentio nobis sat liquido non constat. Si tamen
conjecturis in re dubia & antiquissima indulgere licet, in-
vertendus videtur ordo, dicendaque prima lex, quae apud
DIONYSIVM posteriori loco memoratur, secunda, quae
priori. Tulit legem Romulus de patria potestate, sane
summa, sed, ne sit immanis, intra justos judicii domestici
can-

cancelllos redacta, sperans fore, ut cives intelligent, non
 nisi in nocentes liberos vitae necisque arbitrium sibi esse
 concreditum. Bruti tamen nonnulli & saevi patres sibi
 forte persuaserant, istam legem ad eam liberorum aetatem,
 quae nocens esse nequit, nihil pertinere; & passim liberos
 trimo minores necare perrexerant. In ius vocati scelus
 mendacio excusare sunt annisi, fuisse partum mutilum &
 imbellem, monstrosum & prodigo similem. Huic impro-
 bitati ut iretur obviam, Romulus alteram & posteriorem
 tulisse videtur legem: de partu trimo minori plane non
 necando, nisi foret reapse talis, qualem illi parricidae
 mentiebantur, ἀνέπαγος aut τέρας, quinque viris hoc ita ju-
 dicantibus, &, lite forte patri mota, testantibus. Haec
 prope verum esse, aequus arbiter vix negabit. Sed haud
 paulo fortior aries in celebri, sed vexato, & citra contro-
 versiam mendoſo loco CICERONIS (a) latet, qui si recte
 incutiatur adversae sententiae, ingentem eandem daturam
 esse ruinam, nulli dubitamus. Ait ille, de Tribunatu ple-
 bis sermonem faciens: *si recordari volumus, inter arma ci-
 vium & occupatis & olfessis urbis locis procreatrum vide-
 mus.* Deinde cum effet CITO LEGATVS, TANQVAM
 EX. XII. TABVLIS AD DEFORMITATEM PVER, brevi
 tempore creatus, multoque tetricor & foedior natus est. Ego
 desperato ulceri medicinam facere non ausim, maxime
 quod omnes fere Viri docti in hoc consentiant, PVTEA-
 NVM, qui pro: *cito legatus legit: cito necatus*, aut veram
 vocem restituissse, aut rem saltim acu tetigisse. Ipse BYN-
 CKERSHOEKIUS, (b) simplicissima, inquit, est Puteani
 emendatio, alius & ob eam causam probatam, quae tamen si
 F 3 displi-

(a) Libro III. de Legibus, non
c. 19. uti in utraque editione Opuscu- li Bynckershoekiani typographi vitio
legitur, sed c. 8. (b) C. X.

displaceat, vide, an placere possit cito denatus pro: cito legatus. Denatus *sic erit pro: extinctus.* Nobis perinde eit, quam sequaris emendationem, si *extinctus* idem valeret, quod *necatus*. Si aliud quid sub voce: *denatus*, quaesierit BYNCKERSHOEKIVS, Vir magni & ingenii & judicii, & cuius adeo verissimis laudibus hac nostra disquisitione, absit, ut quicquam detraetum velimus, merito ab eo discessione facimus. Neque enim insignes ad deformitatem pueri ex XII. Tabulis denascebantur, nisi pater eos necassit. Nunc itaque citra ullam dubitationem ex CICERO-NIS loco constat, fuisse in XII. Tabulis fragmentum de insigni ad deformitatem pueri necando. Unde vero illud, nisi ex lege Romulea? BYNCKERSHOEKIVS probe perspiciens, quantum momenti uni isti loco Tylliano insit ad suam sententiam infringendam, huic malo gemina ratione mederi est annis, primum interpretatione illius capititis XII. Tabb. plane inexspectata, deinde differentia inter id quod lege Romuli, & id quod lege XII. Tabularum statutum, prorius commentitia. Illam tradit in hunc modum: *Ut ut autem legendus sit Cicero, satis appareat, hanc, eo auctore, legis XII. Tabb. fuisse mentem, ut monstrum hominis quantocvus, extingueretur, nec servaretur ad ostentationem, quid pessimo exemplo etiam nunc sit; quantocvus, inquam, quia majori injuria monstrum adulturn, quam recens natum videatur occidi.* Nobis in verbis CICERONIS nec *monstrum*, nec voculam: *quantocvus* reperire datur. *Insignis ad deformitatem puer est DIONYSII nostri avarogos, a quo diversum r̄ēgas, quod monstrum, ostentum, portentum dixeris, quae num veteri & nostro aevo tunc unquam nata, & quod Noster inter pessima exempla refert, ad ostentationem serventur, valde nobis videtur dubium.* Nascuntur ali-

aliquando gemelli aliqua, immo aliquando plurimis sui corporis partibus coali; nascuntur homines, in quibus natura membrorum humanorum officia vel ampliavit vel imminuit: in hos, quod aliquando sunt ostentui, truculentam non dixerimus sententiam, quantocytus esse extinguedos, & ni id fiat, pessimo hoc exemplo fieri. Vidi mus ipsi anno hujus seculi duodecimo Matthiam Buchingerum, ueroque pede mutilum, utraque manu mancum, cuius etiam chartas, nobis inspectantibus nitidissime scriptas, adhuc servamus. Erat homo ad deformitatem insignis, maxime quod carneae nonnullae & globulose excrescentiae pro digitis essent: sed ob id, quod fataliter ei acciderat, capitalem sententiam in insignem artificem, hominemque cetera integrum ferri, quis feret? Homines nostro suillo deiformes, porcos capite humano insignes, & quae alia longe plurima fama mendax finxit, vel credula antiquitas sibi persuaderi passa est, nunquam oculis usurpare licuit. Sed fac talia nasci, quid vetat eadem ad ostentationem servari? nec ego capio, qui majori injuria monstrum adulturn, quam recens videatur occidi. Si monstrum est, si jure occiditur, omni hoc tempore licet. Exsculpsit suam sententiam de monstro quantocytus necando BYNCKERSHOEKIVS ex vocula: cito legatus. Sed ut taceam, hanc ipsam vocem vel maxime cubare in mendo, quod vel TVRNEBI Codex ostendit, qui habuit: octo legatus, ex quo GVILLELMVS orcum, FR. PITHOEVS actam effinxerunt, si haec ipsae voices forent integerimae, narrarent nobis cito necatum tribunatum, cauia necis ex XII. Tabulis deinde adjecta, quod esset vivens, insignis ad deformitatem puer, informis magistratus, de quo, num magistratus nomen mereatur, & veteres & recentiores dubitarunt. De monstro, ut ait BYNCKERS-

CKERSHOEKIVS, cito, immo ut, idem vult, quantocytus
 necando, nec DIONYSIVS nec XII. Tabulae, nec CICE-
 RO unquam cogitarunt. Insolitae huic interpretationi su-
 perstructum est discrimen inter legem Romuli & legem De-
 cemviralem, quod nunc, subdueto isto tibicine, & ipsum
 corruit, & quod ideo commentitium diximus. De eo au-
 tem BYNCKERSHOEKIVS in hunc modum: *Quin aliud*
quid de ipso monstro sancivisse videtur prior lex Romuli, aliud
lex Decemviralis: illa partum monstrorum exponi non vetuit,
sed ostensum prius quinque viris proximis, & non nisi ex eo-
rum sententia, ut est apud Dionysium L. II. p. m. 88. Haec
secundum Ciceronem, partum monstrorum non permisit, sed
jussit, quantocytus perimi, non exspectato vicinorum, quibus
ostenderetur, arbitrio. Ante omnia monemus, Nostrum,
 ut hypothesi suae serviat, ubique & semper de monstro ser-
 monem facere, partus autem *avartegou, manci, mutili, omnem*
 silentio involvere memoriam, cum tamen DIONYSIVS de
 tali partu simul, CICERO unice loquatur: nempe ut eo ma-
 gis lateat sententia truculenta, etiam partum *avartegou*, al-
 tera forte manu, aut pede altero, aut utrisque carentem,
 ut insignem ad deformitatem puerum, quantocytus esse ne-
 candum. Quod autem ad ipsum utriusque legis discrimen
 attinet, effingitur illud duplex: legem Romuli *non vetuisse:*
 hoc est, permisisse necem; legem Decemviralem eandem
non permisisse, sed *jussisse*, ut necetur partus, & quidem
 quantocytus: deinde: legem Romuli permitisse necem par-
 tus, sed ostensi prius quinque vicinis proximis, & non nisi
 ex eorum sententia; legem Decemviralem jussisse, quanto-
 cytus perimi partum monstrorum, non *exspectato* vicino-
 rum, quibus ostenderetur, arbitrio. Prius illud cum juffio-
 ne, quam apud CICERONEM frustra quaesieris, & cum vo-
 cula:

cula: *quantocytus*, apud eundem nullibi apparente concidit; quod autem postea urgetur, apud DIONYSIVM requiri quinque virorum ex vicinia sententiam, apud CICERONEM de hoc arbitrio nihil legi, hoc quidem verissimum est, firmaretque discriminem, si constaret, CICERONEM illud XII. Caput dare voluisse, immo dedisse integrum. Jam autem omnia alia egisse sub Quinti Fratris persona MARCVM nostrum, & lusisse in verbis, qua licuit, ex toto contextu sat manifestum est. Meminit ex XII. Tabulis *insignis ad deformitatem pueri*, quod talis sibi videretur *Tribunatus plebis, necatus, etiam cito, si placet, quamvis idem ultra XL. annos in Republica Romana vixerit, cum & cito necatus possit dici ἀνάγνος intra triennum necatus, si utrumque cum reliqua vita conferas: Non meminit ex iisdem tabulis *arbitrii quinque Virorum* non ac si de eo ex lege Romuli in tabulam a Decemviris nihil sit translatum, sed quod illius capitinis reliqua, & in primis quinque viorum consilium ad Tribunatum Plebis ejusque extictionem nihil quadraret.*

Tenemus itaque, quod volumus, legem Romuli primam, quam vocamus, & Decemviralem, nihil differre, quod etiam JACOBO GOTHOFREDO visum, qui licet BYNCKERSHOEKIO Nostro praeiverit verba, & Tabulae IV. haec ipsa: *Pater insignem ad deformitatem puerum cito necato, inscriperit; imo in paraphrasi verba legitima: insignem ad deformitatem puerum, per: natum monstrorum vel prodigiorum reddiderit, tamen hoc ipsum caput ex lege Romuli esse traductum, negare non sustinuit. Si traducta est lex Romulea, traducta est integra. Apud DIONYSIVM est & ἀνάγνος & τέκας, de utroque etiam Decemviri ut ex SENECAE de Ira loco (c) colligere*

G

est:

(c) Lib. I. c. 15.

est: Portentosos foetus extinguimus, liberos quoque, si DEBILES MONSTROSIQUE editi sunt, mergimus; Debiles trigo, avangeri, ut in voto Maeccenatis apud eundem SENE-CAM (d).

Debilem facito manu,

Debilem pede, coxa &c.

& apud JVVENALEM (e).

Ille humero, hic lumbis, hic coxa debilis, ambos

Perdidit ille oculos.

CICERO Tribunatum Plebis pro monstro, prodigio, portento venditare non poterat. Placebat alterum, esse avanger, hoc est verbis XII. ad deformitatem insignem. Ma-le adeo & GOTHOFREDVS, & BYNCKERSHOEKIVS verba CICERONIS, vel potius legitima Decemvirorum de bilibus accipienda, ad alterum necandorum genus, ad monstruos transferunt. His compositis nunc exponamus, qui locus Ciceronianus adversam sententiam funditus diruat. Vident omnes, has duas leges Romuleas, alteram: *de non necandis trimo minoribus*, alteram *de necandis liberis cuius cunque aetatis & conditionis*, non posse simul consistere. Ineptissimum fuisset statuere in eadem lege, in eadem tabula: *minores trimo, nisi debiles & monstruos, pater ne necato, &: libros omnes, cuiuscunque aetatis, trimo minores-majores, debiles, non debiles, monstruos, non monstruos, pater impune necato.* Vedit hoc vel ipse maxime BYNCKERSHOEKIVS, & ideo ad abrogationem legis primae per secundam confugit, quam abrogationem, praeter ea, quae superioris dicta sunt, unus hic CICERONIS locus convellit, ex quo constat, in XII. de pueris ad deformitatem insignibus necandis ḡr̄v̄s fuisse cautum, non de monstrosis

(d) Epistola CI.

(e) Sat. X. v. 227.

sis tantum, sed etiam de debilibus, qui sunt illi ad deformitatem insignes; non de cito necandis, sed de necandis simpliciter. Quare nihil superest, quam ut dicas, Decemviro^s in summa illa δώδεκα δέλτων brevitate ἀντιστάται, pugnatio, supervacua scripsiſſe, aut si hoc tibi, ut nobis, grave videbitur & falsum, vel invitus in nostram digrediaris sententiam, illam vitae necisque potestatem Quiritibus patribus non esse datam arbitrariam, sed judicariam, quod ipsum utramque legem simul confitere belle facit: alteram: *trīmo minorem*, qui nocens effē nequit, pater, plane non necato, nisi ex quinque virorum sententia sit vel debilis vel plane monſtroſus: alteram: *trīmo majorem* pariter pater non necato, nisi nocentem, iācūtīg̃ñ t̃ & more majorum, hoc est, cauſa, si non fuerit res manifestaria, rite cognita & jndicata.

VIII. Nondum omnes hujus doctrinae enavigavimus scopulos; superest scrupulosus apud DIONYSIVM HALI-CARNASSENCI locus, quem, a nobis silentio praetervehi, foret indignum. Narrat scilicet ille, postquam legem, quam toties secundam diximus, exposuisset, qua licuit patri filium carceri manipare, flagellare, in vinculis habere, necare, „in his patriae potestatis effectibus non substituisse legislatorem Romanum, & permisisse quidem „eriam vendere filium, nihil veritum, ne quis eam con- „cessionem saevam nimis, & graviorem interpretetur, quam „ut illam domestica conjunctio ferat, &, quod omnium „maxime quis dissolutis Graecorum moribus innutritus mi- „retur ut acerbum & tyrannicum, concessisse patri, μέχετ- „τῆς τετρης πρόστεως αφ' οὐοῦ χειρουργοσθα, usque ad tertiam „venditionem ex filio pecuniam quaerere, data eidem ma- „jori in filium, quam domino in servum potestate; servum

G 2

„enim

„enim semel venditum, & libertatem postea na&ctum, per
 „omne reliquum vitae tempus sui esse juris, filium vero
 „a patre venditum, si factus fuerit liber, rursus sub pa-
 „tre esse, & si secundum & venditus & liberatus fuerit,
 „servum ut ab initio patris esse, & post tertiam denique
 „venditionem a patre liberari.” En! inquiet adversae
 fententiae Patronus, habemus tandem, quod volumus. Tu
 vero, post tot subtiliter disputata, non agnosces ex hoc vno
 dominium patris in filium ter grave? Num forte etiam
 hoc ad istam tuam patrum Romanorum judicariam refe-
 res potestatem? Huic ego: Immo vero, & quod mirabe-
 ris, vel maxime, ut hoc filo Ariadnaeo ex Labyrintho
 elabamur, quem praeclara ingenia crediderunt esse inex-
 tricabilem. Scilicet Viris do&tis, & inter eos Viro Magno
IACOBO GOTHOFREDO ista trina liberorum venditio res-
 visa est tam mira, tam inhumana, tam omni ratione de-
 stituta, ut fuisse tale jus negare, **DIONYSIVM QVE** imagi-
 narias venditiones cum veris confusisse, afferere maluerint.
 Ego hoc non ausim, non quod existimem, Hominem Grae-
 cum in rebus Romanis maxime tam antiquis non potuisse
 labi; sed quod ea afferat, quae commonstrant, nihil te-
 mere hic ab eo fuisse & creditum & traditum, puta: hanc
 legem principio Reges observasse, incertum scriptam, an
 sine scripto; exstissee tamen eam scriptam in duodecim ta-
 bularum quarta; denique legem eandem Numa Pompilio
 esse antiquiorem; in cuius utpote legibus scriptum sit: si
 pater filio concederit uxorem ducere, quae futura sit se-
 cundum lares & sacrorum & honorum socia, non amplius
 esse potestatem patri filium vendendi. Sed & apud **VLPIA-**
NVM (f) ipsa duodecim Tabularum verba leguntur: **SI**

PA-

(f) Tit. X. f. I.

PATER FILIVM TER VENVM DVIT, FILIVS A PATE LIBER ESTO, quae niti me omnia fallunt, licet occasione emancipationis adduxerit JCtus, de ipsa tamen vera, non imaginaria venditione sunt intelligenda. Acriter obtinentem, & ista verba de hoc, non de illo venditionis genere loqui, contendentem suo abundare sensu facile paterer: ex eodem tamen quaesierim, unde illa sit imago? & annon ex ipsa imagine Veri, quod illa prius est, & cum quo imagini convenire debet, justa species possit colligi? At, inquies, quae tandem ratio excogitari potest vel tantulum probabilis, ter licuisse in filium, quod licet semel in servum? Fatemur ipsis, nostros Interpretes, illos etiam, qui de rei veritate non dubitant, hic magis multos esse quam pisces; barbara pronunciant, inhumana, plane obliti, etiam inter barbaras gentes, cur inhumana placeant, aliquas subesse debere causas. Omnim autem minime ii, qui patris in liberos dominium statuunt, quicquam solidi in praesenti quaestione nos edocebunt; iidem enim fateantur necesse est, patrem fuisse ter-dominum, filium ter-servum, qualia ne mente quidem concipi possunt. Secundum nostram sententiam res plane erit in vado, & forte, Amice Lector, hariolabris ipse, hanc etiam venditionem fuisse non dominicam, sed judiciariam. Fac filium familias a creditore suo esse conventum: Judex ipse pater sedebat intra domum; Parebat filium creditoris suo debere centum, Pater, aut durus nolebat, aut pauper nequibat aes alienum solvere; Vnica supererat via, ut pater filium vel creditoris vel tertio venderet, ut ego quidem opinor, bonis conditionibus, &, ut post annum, post triennium manumitteretur, prouti crediti summa erat vel major vel minor. Ita pater venditioni filii quaerebat pecuniam.

niam. Ita ego DIONYSII *xenophantos* accipio. Nec hoc durum aut mirum videbitur illis, qui ex Romanorum antiquioribus moribus sibi in memoriam revocabunt. Nenos, teste VARRONE, (g) liberos, qui suas operas in servitute pro pecunia, quam debebant, dabant, dum solverent. Sane filius familias creditori ad tempus venditus a nexo, maxime soluto, cum & vineti fuerint, parum distabat. Nunc fac porro filium familias privato se obligasse delicto, fecisse furtum, dedisse damnum. Pater Judex filium damnarat. Poterat noxae dare. Ita enim IMPERATOR NOSTER §. 7. *J. de Noxal. Action.* Veteres, ait, *hoc in filiis familiarum masculis & feminis admisso*, ut mihi quidem videtur, cum humanitatis temperamento, ut filius ad tempus in servitute esset, aut si hoc laesus nollet, aut patri visideretur durum, filium vel ad tempus homini saevo & irato committere, pecuniam filii venditione quaerebat. Atque ita simul fortissimum argumentum pro patris dominio concidit: Dominus servum vendit, Dominus enim est. Vendit & Pater, Dominus ergo est. Immo vendit pater, ut Judex: ergo neutiquam, ut Dominus. Bellissime CICERO & plane in rem nostram (b), *si pater vendidit eum, quem in suam potestatem suscepérat, ex potestate dimitit.* Jam populus, cum eum VENDIDIT, qui miles factus non est, non adimit ei libertatem: sed JUDICAT, non esse eum liberum, qui, ut liber sit, periculum adire noluit. Cum autem incensum vendit, hoc IVDICAT, cum is, qui in servitute justa fuerit, censu liberetur, eum, qui cum liber esset, censi noluerit, ipsam sibi libertatem ABIVDICASSE. Simul nunc in liquido est, qui contingere potuerit, ut filius ter venderetur, bis in patriam potestatem reverteretur.

Fac

(g) *de Lingua Lat. L. VI. p. m. 81.* (b) *Pro A. Caccinna c. 34.*

Fac ut domini paterni assertores venditionis paternaे figura-
 ram sibi effingunt, patrem foecundum e numeroſa ſobole
 unum alterumve filium produxit in forum, & venum
 expoſuſſe, ut in tanta liberorum copia rem faceret; ego
 mercem tam foedam emtorem non reperiſſe crediderim.
 Sed fac porro, impudentem cupidumque hominem emiſſe
 filium; num credibile eſt, brevi poſt tempore filium per
 flagitium emtum venditum ad libertatem perventurum?
 fed fac, inopinatam rem contingere, & rursus quaeri in-
 venirique iſtiuſmodi emtorem, nunc ſecundum paulo poſt
 nanciſcitur filius miſerrimus libertatem? Fac & hoc, num
 tertia procedet venditio? num tertium de coelo veluti miſſa
 beabit filium libertas, nunc demum a patre prorsus libe-
 rum? Ab hiſ iſſolitiſ longe abeft noſtra viſio, eundem
 filium ter vel ex conventione vel ex deliēto eſſe non ſol-
 vendo, ter conveniri, ter judicari, ter ob pecuniam cre-
 ditori vel laefo debitam eſſe in ſervitute. Sed & diſparet
 nunc illud μορφολίκειον, quos tam praeclaros Viros exter-
 ruit, illud παιδὸν καὶ τυραννικὸν DIONYSII, plus liuiſſe patri
 quam domino, immo ter liuiſſe patri in filium, quod
 ſemel domino in ſervum, quando ratio diversitatis eſt ma-
 nifesta. Dominus volens lubensque vendit ſervum, ven-
 dit juſto pretio, illudque habet ſibi. Nihil omnino per
 rei naturam poreſt excogitari, cur ſervus manumiſſus in do-
 mini potestatem ad dura omnia, quae ſervitus etiam juſta,
 ſaepe etiam iuſta, ſecum fert, ſubeunda revertatur. Pa-
 ter neutiquam volens ſed invitus vendit filium, vendit non
 quaefum facturus, ſed petitor ex venditione filii ſatisfactu-
 rus: quo facto quid vetat, filium, qui ſua jam culpa, ſuo
 dolo, patriae potestati plurimum obſuit, redire ad eandem,
 aut potius eandem patri nihil tale merito non eripi, maxime
 cum

cum ipsis etiam filii interfit, ad sacra domestica, ad domum paternam, ad sui heredis jura reverti. Et haec ultima rursus nobis suppeditant rationem, cur post tertiam mancipationem filio ter se ipsum omnibus illis juribus exuenti domo paterna tandem sit interdictum, patre etiam, postquam in filium ter suo jure usus erat, non nescio, ita suam potestatem finiri. At, inquies, lubenter etiam scire mallem, cur patri talia licuerint ter, non quater aut quinque? Ratio in promptu est, & eadem, quae Romulo tres, Tribus, Populo Romano in legum latione Trinundinum, Praetori tria Edicta, Legibus annuam bimam trimam diem persuasit. Scilicet talia a mera & nuda voluntate arbitrioque hominum pendent.

IX. Atque nunc tandem clara in luce resurgent splendida patrum familias in Populo Romano Quiritium Nomina, Viris doctis dudum observata. Ita M. ANNAEVS SENECA (*i*) Patrem appellat JUDICEM DOMESTICVM. Ita L. ANNAEVS SENECA (*k*) Parentes vocat DOMESTICOS MAGISTRATVS, (*l*) ejus quidem auctoritatis, ut publi-

(*i*) Controvers. XI. p. m. 185.

(*k*) L. III. de Benef. C. XI.

(*l*) Haec ipsa quoque nomina dominii parentum jugulum pertunt. Quis unquam dixerit, reum convenientem esse in judicis sui, civem in magistratus sui dominio. Levi admodum brachio haec discutit BYNCERSHOEKIVS Opusculi sui c. III. sed haec me non moverint, declarant, fateor, patriam potestatem, & jus animadversionis, at non usque ad

mortem. Quid ni? sane capitalem sententiam ferens vel maxime iudex est. Et quis necit magistratus mixto meroque imperio insigines? Pergit Noster: Magis movet illud Porci Latronis apud Senecam Rhetorem d. Lib. II. Controv. 3. an, inquit, si filius cum alio agere potest, etiam cum patre possit, cui vitae mortisque arbitrium datum est. Si non forent alia, quae mihi persuaderent, patri licuisse animadver-

publica Senatus Romani potestas tamen jurisdictionem non
fuerit

te usque ad mortem, POCRIVS ille LATRO me plane non moveret. Supra dixi, caute admōdum a Juris studiis calcaudam viam Rhetorum, ni offendere velint, quod nostro hoc BYNCKERSHOECKIO obigit. Illud vitae mortisque arbitrium non est patria Romano: um potestas, sed arbitrium plae singulare, ex lege a Declamatore, ut reor, conficta: *Raptor, nisi suum & raptæ patrem intra trigesimum diem exorarit, pereat.* Raptor raptæ patrem exorarat, nondum potuerat exorare suum. Quare eum de mentiae accusabat. Hanc causam LATRO sic dividebat: *An intra trigesimum diem raptor agere possit: sicut non potest. qui in custodia est, qui in carcere est. Si cum alio potest, an cum patre possit, CIVI VITAE MORTESQUE ARBITRIVM DATVM EST. cum illi accusare eum liberum est, QVEM MORTIFERVVM EST NON EXORASSE, etiam si cum patre potest agere, an ob id possit, cuius FACIENDI POTESTATEM lex patri dedit.* Haec FACIENDI POTESTAS LEGE PATRI DATA est potestas per dendti filium, illudque ipsum vitae mortisque arbitrium, de quo paulo ante, & rursus p. m. 183, non potes accusare eum, in cuius arbitrio pos-

tum est: moriaris an vivas, non patria potestatis jure; sed quod se exorare non sinat pater, lege nunc raptorem filium damnante, judice legis sententiam exsequente. Pergit BYNCKERSHOECKIVS: *Adde de Augusti seculo, quod Alexander ad Patrem Herodem, coram ipso Augusto dixit apud Flavianum Iosephum Ag-
XCVIII Lib. XVI. c. 8: νοι ἐξητα-
τούσι με γέρουκες, ὡς βασιλέα,
παρεγόντες δέ, ὡς πατρί, τούς αδι-
κούντας ἐπεξίειας, & poteras vel
pro regia vel pro patria potestate
in immortigeros animadvertere, &
loquitur de patre, qui filios accusans
eos ad mortem postulabat.* Haec verba in Editione Havercampiana,
qua utor; *Libro XVI. c. IV. n. 3.* les-
guntur, num multum iisdem infit
ponderis, mihi valde ambiguum vi-
derur, maxime cum dubium sit, an
ipse Alexander coram Augusto haec
ita dixerit, an vero IOSEPHVS, mo-
re antiquis scriptoribus solenni, ea-
dem isti affinxerit. Fac Alexandrum
Patri jus vitae & necis tribuisse,
quo illud Herodes iure habuerit? num Romanorum? Rex externus?
auero Judaico? rursus dubitaveris.
Infelix ille Pater, par filiorum
Aristobulum & Alexandrum Beryti
accusans, apud eundem Iosephus,

fuerit designata tueri. Eximum exemplum est apud VALERIVM MAX. (ll) in hanc locum a nobis servatum: *Idem fecit clari generis magnaeque dignitatis vir Fulvius; sed in filio aliquantum teriore. Nam cum auxilium Senatus impetrasset, ut suspectus in parricidio, & ob id latens per triumvirum conqueriretur, ac jussu patrum conscriptorum comprehensus esset, non solum eum non notavit, vel ut plura MSS. habent; necavit) sed etiam decedens dominum omnium esse voluit: quem genuerat, heredem instituens, non, quem expertus fuerat.* Inde etiam fluxisse reor frequentem illam PATRIAE MAIESTATIS apud Veteres mentionem. Quamvis enim probe norim, tribui etiam privatis hominibus Majestatem, ut fecit VALERIVS MAXIMVS integro libri secundi capite decimo; occurrere etiam Mariti, immo Matronarum Majestatem (m). Patribus tamen, opinor, eo sensu id nominis competere, quo Dictatori,

PHVM, libro XVI. c. XI. n. 2. ad patriam legem provocat, πάτερον αυτῷ γάμον, ὃς ἐκλευσεν, ἐι τοι καταγενθέντος οἱ γονεῖς ἐπιδούν τῇ ψευτῇ τὰς χειροὺς ἐπάνωγρες εἶναι τοῖς περιεσθαι βάθην, καὶ τούτοις ἀποκτενεῖν τὸν τρόπον; quae jubebat, si parentes filii accusati capiti manus imposuerint, oportere circumstantes lapides in eum mittere, atque ita eum occidere. Immo ne hac quidem lege ad privatos pertinente Herodi licuisse in filios animadvertere, sed opus fuisse Privilegio Caesaris, manifeste ajunt, ipsa Epistolae Augustalis verba apud

EVNDEM initio capituli allegati: δέον, εἰ μέν αὐτοισάτερον τη τετολμήσασιν, ἐπεξέναι πατερολοιος ἔντασ. αὐτῷ γαρ ἐφίνει ταυτη τὴν ἐξουσιαν. Εἰ δέ δεσμοὶ ἐνείχοσιν ἀλλας νοοθετίσαντα μηδέ ανίκεσον διαπεδίτεσθαι. Oportere in eos, si quid gravina aucti fuerint, ut in particidas animadverti. ET DARE QVILDEM SE HANC EI POTESTATEM: Sin autem fugam instituerint, aliter Patrem emendare liberos, nec ultima experiri debere.

(ll) L. V. c. IX. n. 3.

(m) LIVIUS L. XXXIV, c. 2.

tori, (n) quo Consuli, (o) quo Praetori, (p) quo Judicibus, (q) maxime cum domino, cui servi parent, eadem majestatem ullibi esse tributam, me legisse, non meminerim.

X. Constituimus atque communivimus illam summatam Patrisfamilias in domo Potestatem, nunc opus est, ut in interiora Regni domestici nos penetremus, non vim facturi, sed veram ejus indagatur naturam. In hoc regno jure meritoque Quiritibus placuit illud HOMERICVM:

Οὐκ ἀγαθὸν πολικούσαν. εἰς κοιράνος ἔσω,
Εἰς βασιλεύς. (r)

Praeter res in domo sunt homines: Uxor, Nati nataeve, Servi, ancillaeve. Illa, ut ut Matrisfamilias nomine insignis, omni carebat potestate, &, ne negotium facessat Regi domestico, filiarum erat princeps. CAIUS in Collatione Legum Roman. & Mosaicar. Tit. XVI. §. 2. Uxor quoque, quae in manu ejus est, is sui heres est, quia filiae loco est. SERVIVS ad I. Georgic. 31 Coemtione atque in manum conventione siebant nuptiae, cum uxor in filiae locum, maritus in patris veniebat, ut, si quis fuisset defunctus, locum hereditatis justum alteri ficeret (s). Ita jure QVIRITIVM vetustissimo summa divisione omnes in domo homines duum erant generum: Liberi & Servi. Hi constitu-

H 2

tione

(n) LIVIVS L. XXII. c. 29.

(o) LIVIVS L. XX. c. 42.

(p) L. XI. D. de Just. & Jure.
L. 9. D. de Jurisdic.

(q) CICERO pro S. Roscio c. 19.

(r) ILIAD. II. 204. Non bonum
est imperare multos; unus dominus
est, unus rex.

(s) Adde, si lubet, DIONYS.
HALICARNASS. L. II. p. m. 95, ubi
inter alia maritum facit uxoris pec-
cantis δηματήν, assessores judicii co-
gnatos, nempe quotiens ille patrio
jure, ut de filia, erat cognitus,
quod ipsum superiora haud leviter
firmat.

tione juris gentium dominio alieno contra naturam subjiciebantur; Illi tantum aberat, ut alia quadam juris gentium constitutione paratum dominio contra naturam subjicerentur, ut potius per excellentiam *Liberi ex Libertate* vocarentur, ut probe monuit IMPERATOR (t) & quod majus est, *domus domini, sui heredes, suo & proprio jure omnis familiae heri* nascerentur. Hos Heros & Dominos etiam ipsos in dominio, in servitute alterius fuisse, quis nobis explicabit? Nos non morantur Graeci, qui sua lingua ex recentiorum temporum usu suos heredes αὐτοὺς ἐρεγομένους appellarent. Nemo per rerum naturam sibi potest ipsi superesse, adeoque nec heres esse. Rectius IMPERATOR: (u) *Sui quidem heredes ideo appellantur, quia domestici heredes sunt*, domesticarum rerum heri, & vivo quoque patre quodammodo domini existimantur. Idem paulo post: (v) *Veteres enim heredes pro dominis appellabant.* Ita etiam FESTVS: (w) *Heres apud antiquos pro domino ponebatur.* Et quis Veterum & Antiquorum nomen negabit Decemviris, quorum e Tabula V. superest fragmentum: AST S^T INTESTATO MORITVR, CVI SVS HERES NEC ESCIT, AGNATVS PROXIMVS FAMILIAM HABETO, ad quae verba dudum Magnus GOTHFREDVS in *Notis* monuit, suos heredes neutiquam vocatos esse a Decemviris ad legitimam successionem, sed legitimis heredibus, agnatis gentilibusque, in conditione fuisse positos. Nempe non desertur suis heredibus rerum hereditiarum dominium, subducto patre, sed, quod dudum illorum erat, nunc ab iis continuatur. De hac re nos clarissime edocet

PAV-

(t) *§. 1. I. de Jure Personarum.*(v) *§. fin. eod.*(u) *§. 2. I. de Hered. qual. & diff.*(w) *p. 272.*

PAVLVS (x); *In suis heredibus evidenter apparet, continuationem domini eo rem perducere, ut nulla videatur hereditas fuisse: quasi olim hi domini essent, qti etiam vivo patre quodammodo domini existin. antur.* Unde etiam filius familiæ appellatur, sicut paterfamilias: sola nota hac adjecta, per quam distinguntur genitor ab eo, qui genitus sit. Itaque post mortem patris non hereditatem percipere videntur; sed magis liberam honorum administrationem consequuntur: bac ex causa, licet non sint heredes instituti, domini sunt; nec obstat, quod licet eos exheredare, quod & occidere licebat. En! heredes suos, rerum dominos! En! si hi adsunt, hereditatem nullam! En! non patrem magis quam filium familias dominium, ita quidem, ut non aliud inter eos sit discriminus, quam quod ille generit, lic genitus sit. Exheredare poterat, pater, sed, ut PAVLVS alio in loco ait, (y) MERITIS DE CAVSIS. Qui absque iis liberis a successione submovet, Praetori surere videbatur, tabulis rescissis. Sed & poterat occidere, dubio procul non aliter, nisi MERITIS DE CAVSIS, ut supra adstruximus. Atque ita Herede Sui omnia patrum poterunt dicere sua. Eleganter PLINIVS in Panegyrico (z) de vicesima hereditatum. *Trifutum tolerabile & facile, heredibus duntaxat extraneis, domesticus grave.* Itaque illis irrogatum est, his remissum. Videlicet, quod manifestum erat, quanto cum dolore latrui homines, seu potius non latrui homines, destringi aliquid & abrudi bonis, quae sanguine, gentilitate, sacrorum denique societate meruissent; quaeque nunquam, ut aliena & speranda, sed ut sua semperque possessa, ac deinceps proximo cuique transmittenda cepissent, quae verba licet ad omnem

H 3

genti-

(x) in L. XI. D. de Lib. & Post. hered. instir.

(y) L. 7. D. de Bon. dam.

(z) C. XXXVII. init.

gentilitatem pertinere videantur, de Suis tamen vel quam maxime vera sunt. Tot itaque in domo praeter patrem domini, quoniam in eis heredes sui. Sed magnum malum *η πολυνοίγων*, multorum in uno regno dominatus, cui, ut ob viam iretur in domo aliud veteribus sophis placuit *εὐεγνα*, una mens omnium illorum dominorum, una voluntas, una vox, eaque Patris vivi, ita ut voluntates reliquae voces que in illa una occultarentur & conquiescerent, cum in privatis, tum etiam in publicis causis. Huc enim retulerim, quod in Rebus P. R. relatum legimus, saepe numero patres sua auctoritate filiorum voluntates emendasse. Ita Q. Servilius Priscus: quo Dictatore captae Fidenae erant, cum facto SCto, ut duo ex tribus Tribunis militum consulari potestate, inter quos & C. Servilius Q. F. ad bellum cum Aequis proficerentur, unus res Romae curaret, certamen inter tribunos esset exortum, se quisque belli ducem potiorem ferre, curam urbis, ut ingratam & ignobilis, aspernari, Patresque illud certamen Collegarum mirabundi inspicerent, quando nec ordinis hujus ulla, inquit, nec reipublicae est verecundia, PATRIA MAIESTAS altercationem istam dirimet. *Filius meus extra fortē urbi prae-erit.* Bellum alienum qui appetunt, consideratus concordiusque, quam cupiunt, gerant: Vates admodum verax, ita ut, clade accepta, ipse Q. Servilius a filio tribuno Dictator dictus, filio Magistro equitum creato, bellum illud confercerit (a). Ita C. Flaminius tribunus plebis, cum legem de Gallico Agro viritim dividendo, invito & repugnante Senatu, promulgasset, precibus minisque ejus acerrime resistens, ac ne exercitu quidem adversus se conscripto, si in eadem sententia perseveraret, absterritus, postquam pro Rostri

(a) LIVIUS L. IV. c. 45. 46.

stris legem jam referenti pater manum injectit, privato fratre imperio, descendit e Rostris (b). In privatis causis vix ullum negotium reperitur tam arduum, ac justae nuptiae, quae ipsae non nisi patris voce & consensu convalescabant. PAVLVS: (c) *Nuptiae consistere non possunt, nisi consentiant omnes: id est, qui coeunt, quod rectae rationis est, quorumque in potestate sunt, quod juris civilis ratio flagitat, tam severe, ut, teste ipso IMPERATORE (d) ille ius fuisse parentis praecedere debeat, nullo etiam sexus in liberis discriminine.* Ita enim PAVLVS (e) respondit, *eum, qui, vi-*
vente patre & ignorantie, de coniunctione filiae conceptus est,
licet post mortem avi natus sit, justum filium ei, ex quo ce-
ptus est, esse non videri. Filius acquirebat, sed Patri; Filius contrahebat, sed non magis cum Patre, quam secum ipso; cum aliis equidem, sed ut patri acquireretur obligatio. Pater stipulabatur filio, acquirebat sibi. Nota Vox IMPERATORIS (f) *Vox tua tanquam filii est, sicut & filii vox tan-*
quam tua intelligitur. (g) Filius delinquebat, conveniebatur Pater, ut aut noxae daret, aut litis aestimationem sufficeret. Filius injuria afficiebatur, videbatur injuria affectus ipse Pater, ut & ipse injuriarum ageret. Paterfamilias legem condebat domesticam & testabatur, filiusfamilias non testabatur. Sunt Viri docti, qui opinantur, ex Verbis XII. Tabularum: *Paterfamilias uti legassit, ita jus esto, ICtos inversam exsculpisse regulam: Non Paterfamilias si legassit,*
non jus esto. Acute admodum, sed addenda est nostra ratio:

(b) VAL. MAX. L.V. c. IV. n.5.

(c) L. 2. D. de Nitu Nupt.

(d) pr. J. de Nuptiis.

(e) L. XI. de Stat. Homin.

(f) J. 4. J. de Inutil. Stipulat.

(g) Adde L. XI. C. de Impub. &
aliis subst. ubi idem IMPERATOR,
natura, inquit patrem & filium ean-
dem esse personam pene intelligi.

tio: Omnes non patresfamilias, licet in domo essent heri
in domini, vivo patre voluntate omni voceque caruisse: im-
mo, quotiens intererat eorum, ut ipsorum audiretur vox,
patris hanc fuisse potestatem, ut etiam post fata loqueretur,
perdurante illo unitatis vinculo, donec sui heredes ad suam
pervenissent tutelam. Ita Pater legem domesticam ferebat,
non tantum de pecunia sua, sed etiam de Tutela sua, secun-
dum ea, quae NOOTRIVS Observationum Libro II. c. XIX.
tradidit, & quae nobis videntur esse longe verissima. Ne-
que enim unquam tutela fuit ullius rei, nec liberi unquam
fuerunt res patris. Pater itaque in casum, si ad tutelam
suum non pervenisset heres suis, condebat legem domesti-
cam, non tantum, ut ait IMPERATOR (b) tanquam si ipse
filius sibi heredem instituisset, sed quod simul verum est:
tanquam si ipse pater sibi heredem instituisset. Nec obstat
pupillariter substitutum non bona unice patris, sed integra
filii bona ex ista paterna substitutione capere. Patris fui-
sent illa bona, si filio supervixisset, quod minus mirum vi-
debitur illi, qui recordabitur, ne ipsam quidem matrem ta-
le postea impugnare testamentum. Plane ionexae invicem
atque implexae sunt patris & filii voluntates, ut idem testa-
mentum nunc patris, nunc filii, adeoque reapse unum vi-
deretur. De hac re nos edocet VLPIANVS: (i) Sed nec
impuberis mater inofficiosum testamentum dicit: quia pater
ei hoc fecit. Nec patris frater, quia filii testamentum est.
Ergo nec fratri impuberis, si patris non dixit. Non im-
pugnat mater impuberis substitutionem pupillarem. Est
enim filii. Non frater impuberis, si patris non impugnat.
Est enim illud patris. Haec sunt fere, quae de antiquissima
facie patriae Potestatis Romanae in hoc capite commentari
vole-

(b) J. 2. I. de Pupill. Substit.

(i) L. 8. J. 5. D. de Inoff. Testam.

nat.

volebamus. Haec omnia ab iis, quae recta ratio sibi reliqua
fuggerit, immane quantum distare, nemo negabit, simul
juris studiosi nobiscum forte delectabuntur insigni illo arti-
ficio, quo eadem jura, iidem mores, & liberorum honori,
ne, dum in potestate sunt, cum servis ceterisque rebus con-
funderentur, pepercerunt, & patribus familias potestatem,
quam potuere, maximam reservarunt.

XI. Animus erat longius progredi, & Jura in Hebraea
Gente Divina attingere, Vestigia, quae vocant, Juris Vitae
& Necis examinare, de celebri Controversia, sed nimio fe-
re animorum motu agitata, quo tempore cessaverit illud
vitae necisque jus in liberos, nostram indicare sententiam.
Patrios circa Patriam Potestatem Mores indagare, & de ho-
rum omnium Usu praesenti nonnulla commentari. Sed
priora illa praeter omnem spem atque opinionem ita excre-
verunt, ut, ni velimus fines Dissertationis Inauguralis pror-
fus migrare, hic omnino finiendum sit, adiectis ex iis, quae
dici poterant, nonnullis lemmatibus:

Jura Hebraicae Gentis Divina de Jure Patrio, ut ut sunt
sapientissima, & fini, quem respexit summus legislator, ac-
commodatissima, ad nostras Respublicas tamen nostrosque
Legislatores nihil pertinent, nisi his easdem restituere, aut
limitari libeat, uti a Potentissimo M. Britanniae Rege in
Constitutione de anno 1735. factum, qua injurias a liberis
Parentibus illatas pro crimine haberi, & vel ergastulo vel
condemnatione in operas publicas talia facinora puniri juf-
fit. Vide Corpus Constitut. Calenb. Cap. II. p. 790. & Cor-
pus Constit. Luneb. c. II. p. 821.

Jus Vitae & Necis in Imperio Romano sentim exole-
vit, Principis maxime maiestate eidem aduersante. Publi-
cam auctoritatem eidem intercessisse in isto temporis inter-
vallo,

vallo, quod fuit inter Hadriani & Alexandri Severi Imperium, L. 5. D. ad L. Pompej. de Parricidiis & L. 3. C. de Patria Potest. nobis persuadent.

Optimi Majores nostri, ut in aliis, ita in hoc quoque capite rectae rationis dictamina sunt secuti. *TACITVS de Moribus Germanorum C. XIII. & XX.*

Quod in JURE PROVINCIALI SVEVICO Edit. Meichsneriana fol. 78. b. Schannattianae p. 208. Bergeriana p. 366. Schilteriana p. 201. de venditione liberorum in casu necessitatis legitur, non patrii juris videtur esse, sed peregrini.

Sane Vitae Necisque Juris nullum apud nos superest vestigium. Nec unquam facta illa personarum in domo Unitas moribus nostris placuit. Emancipationes etiam, si penitus patriae potestatis naturam inspicias, sunt nullae. Ususfructus patrum in bonis liberorum magis est Tutelae Germanorum naturalis effectus, quam Romanae potestatis sequela. In testamentariis causis a Romanis originem trahentibus Romana servamus jura. Matrimonia liberorum, si a prudentiae decorique regulis discedas, sunt liberrima, nisi Jure civili arbitrarioque aliud cautum sit, ut Saxonico Electorali, Brunsvigo Luneburgico Electorali, Anhaltino, Hamburgensi, aliis.



Göttingen, Diss., 1750 G-2



Vd 18



1750/1

DE
PATRIA POTEST
 POTENTISSIMO PRINCIPE AC D
 DOMINO
GEORGIO

M. BRITANN. FRANC. ET HIE, R.
 DEFENSORE FIDEI
 S. R. I. ELECTORE ARCHITHESAVE
 DVCE ERVNSVIC. ET LVNEBVRG.
 RECTORE MAGNIFICENTISSIM
 IN GEORGIA AVGUSTA
 INCLVTI ORDINIS IVRIDICI AVCTO

PRAE SIDE
GEORGIO CHRIST
GEBÄVER D.

REGI A CONSIL. IVSTIT. INT. ET ANTEC.
 PRO SVMMIS IN VTROQVE IVRE HONOR
 CONSEQVENDIS DISPVTABIT
WERNERVS CHRISTIANVS
 BREMENSIS.

GOETTINGAE. A. D. III. OCTOBR. cl

IENAE
 LITTERIS MARGGRAFIANIS

